Auicenna

ARABIS MED

CORVM OB SVCCINCTA

breuitatis copiã, facile principis

Quarta fen, primi. de uniuer

sali rõe medẽdi nunc pri

mũ M. Iacob. Mãtini,

medici he-


bræi, latinitate donata, & in stud

forũ utilitatẽ, ab Phisicæ studi

sis quibusdam, germanis

typis tradita.

M D XXXI.



ANDREAE GRITI, SERENISS. AC EXCELLEN. VENETIARum Principi, Iacob Mantinus Hebræus ſecundam optat fortunam.



INnter eos qui hactenus Arabice de medica arte ſcripſere, Sereniſſime Princeps, clariſſima oĩm confeſſiõe, Primus Auicennæ gloriæ locus attributus eſt. Nam licet, q̃ compoſuit ab antiquioribus, præſertim græcis, copioſiſſime ornatiſſimeq; tradita fuerit, ea tamen omnia doctiſſimus ipſe felici breuitate, in mirificum redegit ordinem, ita, ut eo docente multo facilius quam aliis omnibus, ea quæ ad medendi rationem pertinent, percipi ualeant. Quare uelut lege quadam ſancitum eſt, vt in publicis gymnaſiis, Auic. opera maxima animorum ſatiſfactione legant, eiuſq; libri plu

rimos

rimos expositores habuerint, quod non itidē cæteris obtigisse videmus. Sed qñi am Auicenna in scribendo gentilitio ac sibi peculiari, Arabico idiomate usus ē, quod à latinis hominibus non ita facilè comparatur, eius operum traductio maximis ac multis erroribus scatet, quos Andræas Beluensis, ętatis nostræ medicus insignis & Arabica latinaq; lingua pariter eruditus, magna ex parte laudabiliter emendauerit, alieno tamen semine campum penitus expurgarī nō potuit sed adhuc plurima relicta sūt quæ veluti nebula quadā veritatem lectionis obducāt. Quā obrem ego qui nihil magis proprium hominis esse semper existimauerim, q̄ quoquo modo vniuersis vtilitatem conferre mortalibus, Queādmodum pleraq; in uariis facultatibus ex hebraico in latinum sermonem conuerti, ita nunc aliq̄s Auicennæ cōmentarios aggressus, eos maculis omībus emendatos ac quoad fieri possit, absolutissimos

latinitate donatos, tanquã euidens animi mei indicium legentibus offerre decreui. Qui postquã meam cũ aliorum interpretatioĩbus cõparauerint, quid mihi debeant ipsi viderint. Cum autẽ tres potissimũ Auicennæ partes in gymnasiis publice legãtur, videlicet prima pars primi libri, quæ prima fen primi dicitur, & quarta, quæ quarta fen primi nuncupat̃ ac prima pars quarti libri, quæ pr̃ia fen quarti appellatur, ea omnia in latinam orationẽ vertere proponẽs, a quarta fen primi libri interpretari exorsus sũ, quia hæc pars maiorem cæteris in uniuersali medendi arte vtilitatem afferre videtur & hanc primo in lucẽ ędere uolui. Mox autem annuente deo opĩo max. ad reliquas expediendas accingar. Cum uero omnes fere qui aliquod literarium opus in lucem ędere meditãtur, alicuius patrocinio cõmendatũ emittãt. Idem mihi facere cogitanti, tua vere serenitas occurrit, quæ tanta est vt quascũq; animi tenebras

bras atq; perturbationes solo intuitu dis
cutere ualeat. Quando ea te pulchritudi
ne ac dignitate corporis exornari conti
git, vt nemo te conspectior hactenus im-
perasse credatur, cui animi pulchritudo,
cum prudentia, tum consilii maturitate
ut effectus ipsi probãt, ac oĩm moralium
virtutum probitas ęque respondet, ti-
biq; potissimũ duabus de causis, hãc ędi
tionẽ nosttrã deberi arbritror, vel quia
vestro florẽtissimo studio patauio 'a pue
ro fuerim semper addictus, nũc vero prę
cipue ob egregiam eorum eruditionem
qui ibi publice profitentur, vel quoniã
Respub. cui tu merito præsides iustius
antiquioribus præponenda quam recen
tioribus comparãda, ita de me iam meri
ta est, vt omnia illi debeam, omnia optẽ
Ne vero in dicendo sim prolixior quam
ipsa res postulare videtur, has princeps
ilustriss. tuo nomini dicatas elucubratio
nes suscipe, tuaq; si opus fuerit auctorita
te defende. Non quod eas te dignas exis

ſtimen, ſed vt mea tibi mens aliquando manifeſta fieret, q̃ publice ac priuatim huic ciuitati pro viribus inſeruire propoſuit. Nec tamen gratũ ideo tibi minus me futurum ſpero, cũ qui quod poteſt dat, omnia dediſſe cenſeri debeat. Vale.

FEN

FEN QVARTA PRIMI LIBRI AVICENNAE, IACOB. MANtino Hebræo Medico interprete.

Fen quarta de rationum medēdi diuisione, 31, capitibus distincta.

Caput primū fen quartę, sermo vniuersalis de medendi ratione.



CVRATIONEM aliquo triū perfici dicimus, vel regimine & ipso uictu, vel medicaminū vsu, aut manus artificio (quod chirurgia appellatur) ītelligo aūt per regimen vsum causarum necessariū, quæ iam iuxta cōmunem consuetudinē enumeratæ sunt, in quibus victus ipse cōtinetur: Iudicia autē regiminis, si eorum qualitatem spectes, similia plane sūt medicaminum iudiciis. Verum inter hæc, ipsa victus ratio quoad quātitatem

iudicia sibi propria habet: nam quãdoq; alimẽtum tollimus, quãdoq; minuimus nõ nunquã ęquamus, & interdum augemus, aufertur in totum alimentum, cum medicus cupit naturam uacare humorũ coctioni. Minuitur vbi studet vt uires alimento conseruentur, & tũ virium curam habet, vel fortasse minuitur vt materiæ prospiciatur, ne scilicet natura sit circa nutrimenti multitudinẽ impedita. Interim tamen semper curæ sit id quod magis vrget, ut quod prestantius sit, nẽpe vires ipsę, præsertim si admodum imbecilles fuerint. Cæterũ alimentũ dupliciter minuitur, quantitate, aut qualitate, aut si liceat tertium ex his duobus cõstituere modũ, potes. Interest autem inter quantitatem. & qualitatem, quoniam interdum alimẽtum est multum in quantitate parũ nutriens tamen, vt sunt olera & fructus. Multiplicare enim hæc, est multiplicare quantitatem alimenti, non eius qualitatem. Et quandoq; alimentũ

est

est exiguum inquantitate,multum tamē quoad nutritionem,vt sunt oua & testes pullorū gallinaceorꝝ. Nos aūt quandoq; qualitatē minuere, quātitatē vero augeṝ cogimur,vt cum appetitus ad cibum vehemens fuerit, & in uenis humores crudi fuerint,ubi nos huiusmodi appetentiam replēdo uentriculū sedare curamus, illumq; humorem exuperantem a uenis arcere, vt si quid est in eis primo concoquant,aliisq; rationibus prēter has,id facimus. Nonnūquam etiam qualitatē augeṝ,quātitatem vero minuere debemus, vt cum vires roborare cupimus,sed ipsa natura ventriculi imbecillior reddit,vt ad cōcoctionem pleniorem, se validam reddere nequeat. Minorare aūt vel auferre alimentū quærimus cum morbos acutos curamus. Nam etsi in diuturnioribus victum quoq; minuamus, minus tamen quam in acutis : quoniam vires magis obseruamus in morbis diuturnis cum horum iudicium ac uigorem, satis

distar nō ignoremus, ꝙ nisi fieret, nequa quā posset vsq; ad tēpus iudicii uirtus cō seruari, nec durāte diu tempor̄ cōcoctio nis, cōcoquere quidem posset. At acuto- rum morborū iudicium propinquū est, ita ut ante eorꝝ uigorem uires ad modū dissolui non dubitemuus. Vel si id timu erimus, non tamen usq; adeo alimētum minuemus. Cūq; ęgritudo propinquior fuerit principio, casusq; mitiores fuerīt, tunc ęgrū alemus his, quæ uires fouēt. Sed quādo ęgritudo processerit in cres cendo, casusq; ipsi augescer̄ ceperint, tūc alimentum minuemus, cum quia in no- stro pręcedenti uictu, iam intrepide con fidimus, tum etiam vt tempore quo vir- tus certat, eā exoneremus. In uigore au- tem consistendi, victum in extremo atte nuare studebimus, & quāto morbus acu tior, eiusq; iudicium propinquius fuerit, tanto uictum magis attenuabimus: nisi aliquæ superuenerit causæ, quæ nos id a gere impediāt, vt in ꝑticulari nostra cō menta

mẽtatione id a nobis explicabit: Alimẽtum insuper ea ratione qua alit, duo alia habet officia, nempe vel quod cito penetrat ut uinũ, vel tarde, vt assata, & tosta: ad hæc aut quod id quoq; sanguis quod ex eo generatur, est crassę ac tenacis substantię, vt est alimentum carnis porcinæ & uitulinæ, aut tenue & facile aptum dissolui, ut est id quod ficubus uinoq; constat. alimento igitur quod cito penetrat indigemus, cum uitalem virtutem deficientem subleuare, eamq; excitare desideramus, vbi ventriculus aut virtus non perficiunt concoctionem cibi tardę concoctionis: Cauebimus autẽ cibum concoctu facilem, ubi contingat pręcessisse alimentũ tardæ concoctiõnis: Timẽdũ enim est, ne illi admisceatur & ad illum modum iam prius nobis expositum res reuertatur. A crasso vero abstinebimus vbi metus impendet de obstructionũ aduentu, alimentum tamen validissimę nutritionis, tardæq; cõoctionis eligimus, ubi

ubi quempiã roborare, eumq; validis ex ercitatiõibus tradere cupimus: sed leue præeligimus alimẽtum ei, qui in meatu um obstructionem facile incurrit.

Vsus autem medicaminum tres cõtinet regulas: prima in eligenda qualitate ipsius medicaminis consistit: uidelicet vel calidi, vł frigidi, uel humidi, vel sicci: Secunda in quantitate deligenda, quæ quidem bifariã diuiditur: nempe vel in mẽsuram ponderis eius, vel in metiendam eius qualitatem, hoc est gradum caloris aut frigoris eius aut alterius id genus.

Tertia autem consideratio est ipse ordo temporis eius. dirigit itaq; nos ad qualitatem medicaminis simpliciter eligendã cognitio generis morbi, qm̃ cognita ægretudinis qualitate, eligendum est medicamentum illi sua qualitate contrariũ cum morbus suo curetur cõtrario, sanitas vero suo simili seruetur. At mensura quantitatis eius iuxta illos duos modos simul cognoscitur, coniectura artificiosa,

ſa, ex mẽbri natura, magnitudineq́ mor bi, & ex his quæ ſua cõueniẽtia, ſeu ſimi litudine id ſgnificant, quæ quidem ſunt maris ac feminę differentia, ætates, con ſuetudo, tempus añi, & regio, & ars, & robur & habitus corporis atq́ color. Ad cognitionem autem naturę mẽbri quat tuor ſunt cognoſcenda. nempe membri tẽporatura, eiuſq́ formatio, poſitus, ui reſq́ ipſius. cognita. n. naturalis mẽbri tẽ peratura ſimul cum morboſę temperatu ræ magnitudine, cõiectura prorſus cog noſcetur quantum quis recedat a ſuo na turali temperamento, ut ſciatur quonã indigiat vt ſibi reſtituatur. ut gratia exẽ pli ſi ſalubre tẽperamentũ alicuius frigi dum fuerit. morbus vero calidus, tunc is a ſua temperatura magno diſtat receſ ſu, magnaq́ indigebit refrigeratione, q́ ſi vtrũq́ calidum fuerit, exigua refrige ratio ſatis erit. Cæterum quod ad forma tionem ipſius particulæ attinet, iam no bis dictũ eſt: quot res in ſe includat: qua

re recurrat ad eũ locũ. Hoc tamen te ſcire licet, aliquod eſſe mẽbrũ quod ex ſui formatiõe habet tam intra ſe ꝙ extra faciles meatus, unde tenui ac mediocri medicamĩe, excrementũ expellitur. Aliq̃p vero aliud non ita ſe habet, quo fit, ut ualentius exigat medicamẽ. Eſt & aliud fũgoſũ, aliud vero denſum. Rarũ autẽ, tenue medicamen deſiderat, denſum uero validiori ĩdiget. Membra præterea, quæ validius medicamen poſtulãt ſunt, quæ ex neutra parte cauitatem aut intercapedinem habent: minus autem quæ in altera tantum parte. Præterea minus quæ in vtraq; parte conceptaculũ obtinent, ſed ſunt denſæ aſtrictæq; ſubſtãtiæ, vt renes Minus iterũ ꝗd utrinq; habet concauitatem, & eſt raræ ſubſtãtiæ, ut pulmo. Per ſitũ vero ut noſti ĩtelligimus, vel locum, uel conſenſũ: notitia igitur cõmunicationis membri tunc quidem maxie tibi conducit, cum aliquod medicamen ad aliquam partem trahere, aut reducerẽ

decre-

decreueris, ueluti causa exempli, ubi materia in gibbosa parte iecinoris consederit, eã urina, ubi vero in caua, aluo euacuabimus: Quoniã gibbosa epatis pars cum membris urinæ, & eius concaua cũ intestinis cõmunicationem habent.

Notitia uero loci tripliciter opẽ fert. primo quidẽ uicinitate uel distãtia ipsius: nã si ꝓpiquus fuerit locus ut stomachus modica medicamenta ad eum peruenient in eundemq; agẽt. Sed si remotus vt pulmo, uis profecto medieamentorũ mediocriũ remittetur anteq̃ ad eum pertingẽt. idcirco multo ualẽtiora pro eo requirũt præsidia. At si uicina fuerit particula, quã medicamẽtũ pertigerit, tunc tãta debet esse uis illius medicamẽti, quãta morbo sit opposita. Sed si situs longius absit ita ut si id medicamentum eo penetrare debeat, magnam uim penetratiuã requirat, tunc plus æquo uim medicamẽti augere oportebit, vt in emplastro coxendicis, & cæteris alijs id genus fieri solet.

Secundo vero notitia eorum quæ admiſceri debent medicamentis, ut cito ad mẽbrum perueniant, ueluti in medicamentis membrorum vrinæ, admiſcẽtur quæ urinã cient. in cordialibus vero crocus.

Tertio deniq; ut ſciatur quomodo ipſi membro admouendum ſit medicamen, ut gratia exempli. Si ulcus in inferioribus inteſtinis inſidere ſcierimus, tum illud clyſteri pertingimus, q ſi in supremis id eſſe cõieccerimus, tunc per ea quæ bibuntur.

Nõnunq; adhuc obſeruare locum & cõſenſum ſimul ſũmopere cõducet, veluti cum materia iã perfecte fluxerit ad mẽbrum, quid nam agere nos conuenit. ubi uero materia adhuc fluit, quid iterũ nos agere deceat. nã ſi adhuc fluat, eam a ſuo auertemus loco, quattuor tamen cõditionibus prius conſideratis.

Prima eſt ad ptem oppoſitã auerſio, quã antiſpaſin græci dicunt, ut cũ ex dextra

ad leuã

ad leuam reuellimus partem, sursumq́ abhis que infra sunt & contra. Secūdo si cōsensum seruaueris, ut mēsibus confertim erumpentibus, eos quidem sistes, si magnas cucurbitas sub māmis defixeris tanq́ ad affinem locū reuocans.
Tertio pars e regione sita inspicienda ē ut cū ī iecinoris affectibus uenā brachii dextri, in ternam (quam basilicam appellant) incidimus, in lyenis uero sinistrā Quarto distantia animaduertēda est, ne ad locum nimis uicinum reuocemus. At cū materia iam fluxerit utrumq́ horum conducit, nempe quia ab ipso membro eam excipimus, aut ad uicinam sociāq́ particulam reuocamus, & ab illa eam extrahimus ueluti in affectibus uteri uenā malleoli (saphenam uocant) incidimus. eam vero quæ subligua est in affectibus utriusq́ tonsillæ, seu glandulę gutturis, quas duas amigdalas vocant.
At cū ad contrarium locum reuellere desideras, primo quidē dolorem illius par

ticulæ, a qua retrahitur mitiga, animad uerteq; ne trãſitus fiat per mẽbrũ nobile Notitia preterea uirium mẽbri triplicit̃ confert. Primo quidẽ inſpicer̃ oportet an nobile ſit & princeps. Nam in his nõ debemus uti quoad fieri poteſt fortibus medicaminibus, qm̃ vniuerſum lederemus corpus. Nec quod ex cerebro aut epate euacuare oportet haud quaquam ſemel euacuabimus, neq; vehemẽt̃ omnino infrigidabimus. Porro cum medicamina diſſoluẽtia epati emplaſtris ſuperĩponere velimus, nequaq; talia apponamus niſi admixtis ſecum aſtringentibus odoratis, vt uirtus cuſtodiatur, itidem agendum eſt in his quæ potu ad id damus Cor vero inter cetera mẽbra maxime obſeruandum, quod ad hoc attinet mox cerebrum, deinde epar.

Secundo membrum quod habet cõmune officium animaduerſione, dignũ eſt, et ſi non ſit principale vt uentriculus & pulmo; idcirco ventriculo exiſtenti imbecilli

becilli in feb. uero non licet aquã valde frigidã potu dare. Nec te latere uelim q apponere super membra principalia, & quæ eis vicina sunt, medicamina exquisite mollientia magnum periculum uitę afferat. Tertio sensus acumen eiusq hebetudo, haud quaquã neglig ẽda est, nam apponere medicamenta uitiosa qualitatis & mordicantia atq nocua, ut elateria & id genus alia super mẽbra neruea, quæ sensus acumen habent cauendum. Tria adhuc sunt genera medicamentorum 'a quibus abstinendum est, nempe vel quæ disoluunt, vel quæ extreme infrigidant vel quæ oppositas habent qualitates, ut erugo ęris & cerusa & plũbũ & æs ustũ, & his similia. Hæc inq est distinctio medicamenti assumpti ex natura membri. Ad magnitudinẽ autem morbi reuertẽdum est quicunq igitur gratia exempli, calorem morbosum sui corporis habuerit, extingui quidẽ debet frigidiori medicamento. Si vero frigiditas accidenta-

lis eius valida fuerit calidiori medicamẽto calefacere oportebit. ꝙ si neutrum eorum validum fuerit, sufficit nobis medicamentum minus ualidum.

Id uero quod ad tẽpus morbi attinet scire licet, in quonam temporũ morbus sit ut exẽpli causa, si abscessus fuerit in suo principio admouẽda sunt, quæ repellãt tantũ. Sed si uigore suo cõstiterit, quæ tantum dissoluant. In medio autem istorum temporum permiscenda hæc sunt. Quod si morbus acutus inter initia fuerit, tunc modice regimen attenuabimus. In consistentia uero extreme uictus attenuãdus est. At si morbus diuturnior fuerit tum tenui uictu initio non utemur. Apud statũ uero, modico uictu uti licet. Et si complures morbi diuturni, præter febres, uictu tenui soluantur. itidem cũ materia ægritudinis multa fuerit, eiusq; caliditas multa, tunc in principio euacuare cõuenit, nec cõcoctionem expectabimus, ꝙ si mediocris fuerit cõcoquere, ac

euacuare conueniet. Indicia autē a rerū conuenientia seu similitudine sumpta, facile poteris cognoscere, ex quarum genere est aer, qui quidem maxime considerādus est curationi ne, an morbo uim afferat. Porro ægritudines periculosæ in quibus si debita vtamur mora, ac minoratione seu alleuiatiōe, nec adhuc simus in tuto de virtutis deliquio, tūc primo a forti curatiōe incipere cōsentaneū esse dicimus. Qđ si nullū est in eis periculum, tunc sensim ad fortiorem procedendum est, si leuior non suffecerit. Caue præterea ne ab eo quod conuenit agere declines, quamuis impressio tardauerit, ne persistas ī errore aliquo, & si eius nocumentum non apparuerit, nihilominus nō permaneas in unico remedio in eadem curatione, sed ad aliud pertranseas. Quoniam corpus non afficitur a re consueta. Quodlibet præterea corpus, quodlibetq; mēbrum īmo idem corpus idemq; membrū, in diuersis temporibus


proprietatẽ habet, ut poſſit ab aliquo remedio affici, ab aliquo uero non. Cum ꝗ ignoraueris morbum, cõmitte eum naturæ, nec precipitãter agas, qm̃ vel ipſa natura morbum euincet, vel monſtrabit. Cęterũ ubi morbus cõiunctus fuerit dolori aut cauſę doloris vel inferẽti dolorẽ ut eſt uulnus uel caſus, tunc a mitigantibus dolorem inchoandũ eſt. Et cum vſu ſoporificorum indigueris, ne pertranſeas quale eſt papauer. cũ hoc enĩ quod ſoporificã vim habet familiare eſt. ꝙ ſi ex vehementi ſenſu membri lędatur, alatur his quæ ſanguinem multo craſſiorẽ reddunt, vt frumentum coctum. At ſi infrigidationem non verearis, cibetur rebus frigidis, vt eſt lactuca & id genus alia. Porro ſcias ꝙ inter cætera remędia optimũ eſt recurrere ad quod vires tum animales tum vitales validas reddat, ut lętitia & occurſus rei gratę, & iugiter uti his quibus gaudio afficitur. immo fortaſſe iuuabit aſſidua conſuetudo, cũ viris pręſtantiſſ.

ſtantiſſ. & cũ his quos reueretur. prohi‑
bet enim ægrotum a rebus q̄ nocent ei.
Proximum aũt huic generi remediorũ ē
transferri de regione in regionem, & de
aere in aerem, & de habitibus in alios ha
bitus transmutari, & omni vti conatu
vt habitus atq; motus exerceat, quibus
mẽbrũ æquetur, aut alicui tp̃amento re‑
ſtituatur, vt cũ cogimus puerũ ſtrabum ĩ
ſpicere oblique in rem ſplendidã, & qui
habet torturam faciei, inſpicere ſpeculũ
chalybis. Sic enĩ faciẽ ſuã æquare cona‑
bitur, atq; oculos, ita vt fortaſſe tali ſoler
tia, reducetur ad correctionem.
Inter cætera pręterea quantũ poteris ca‑
uere debes, ne remediis vehemẽtibus tẽ‑
pore non comodo ueluti ne magna ſolu
tiõe alui, vel vomitu & abſceſſuum aper
tione & vſtione, quã cauteriũ græci uo‑
cãt, tempore æſtatis et hyemis utaris. Id
vero quod in curationibus eximiã requi
rit conſiderationem, eſt vbi in eodẽ mor
bo duo concurrunt q̄ contraria exigant

vt si gratia exẽpli, ipsa ęgritudo aliquid exigat, cuius cõtrariũ tñ eius causa expętit, vt est ipsa febris pituitosa. Hæc enim ratione sui caloris refrigerationem ratione uero materiæ, que est causa feb. calefactionem desiderat, et cõtra. itidem ubi morbus calefactionem & eius accidens infrigidationem postulat, ut materia doloris instestini coli, quæ quidem calefacientia, aut discutientia, vel attenuantia exposcit, vehemẽs tamẽ dolor eius refrigerãtia, & soporifera requirit, & contra. Cæterum te latere non licet, ꝙ nõ q̃libet repletio, neq; quęlibet mala temperatura curatur per contrariũ, uidelicet per euacuationem & per cõtrariationẽ, seu per oppositam alterationem, Quoniã sæpissime vsus optimi regiminis, ad repletionem & malã temperaturã adhibiti satis sufficit.

Fen quartæ caput secũdũ, de medicatiõe ægritudinũ ex malo tẽperamento ortaꝝ

Si mala


I mala tēperatura sine materia fuerit, tunc ipsum temperamētum permutare tantum debemus, sed si cum materia fuerit euacuabimus quidē, et fortasse sola euacuatio satis erit vbi nulla mala temperatura, ex ipsa materia ob eius præcedentē infixionem relicta fuerit, fortasse tamen id nō erit satis, vbi uitiosa temperarura relicta fuerit, īmo peracta euacuatiōe tēperamentum mutare oportebit. Ad hæc dicamus ꝙ mala temperatura variis curatur morbis, nempe hæc uel erit iā infixa & tum eius cura fiet per cōtrarium absolute, & hæc est absoluta medicatio, vel erit in fieri quā quidem corrigit ipsa medicatio facta cum preseruatiōe, vt gratia exēpli absoluta medicatio, est curare putredinem febris quartanæ medicamēto, quod ex viperis cōficitur theriacem uocant & tertianā potu aq̄ frigidæ, vt flaua extinguatur bilis, & præcautio est ut in quartana ueratro, in tertiana scamonio

purges cũ per id, principium futuræ ac-
cessionis uitare intendimus. Cumq; de
aliqua ægritudine ambigis utrũ eius cau-
sa fuerit caliditas vel frigiditas, & cu-
pis id experiri nequaquam experiaris
re modum excedente, & aduerte ne im-
pressio per accidens facta te decipiat. Sci-
as quoq; q; æquale est tempus, quo fit in
frigidatio & calefactio. Verum maior ē
timor infrigidationis, quia calor est na-
turæ amicus, in humectatione tamen &
exiccatione æqualis est timor, verum ip-
sa humectatio longius exposcit tempus.
Humidũ autem & siccum vtrumq; eorũ
conseruatur a sua ualidissima caussa per
mutatur uero a uehementi causa sui con
trarij, et calidum quidē adaugetˉ illis cau-
sis, quarum mentio iam a nobis plene fa
cta est. Deinceps quæ excrementa, et re-
pletionem tollunt, et quæ obstructiones
recludunt. Mox eo quod ipsum conser-
uat, quodquidem ē humidũ æquale, fri
gidum uero ualidius redditˉ ob eius uali

das

das caufas,et ob caloris fuffucationem & per id quod ipfum vehementer diffol uit,quod quidem eft ipfa ficcitas per fe et caliditas per accidens. Quicũq; aũt exuperantem calorem aperien tibus re= mediis curare uelit ab ĩmodica infrigi= datiõe caueat ne ĩlapidefcentẽ facultatẽ, & opilationem addat,ab ĩmoderata quoq; calefactione abftinere debet, qoniam malam temperaturam calidã augeret fed fenfim ꝓcedere debet, et primo q̃ deter= gũt, ad id q̃d infrigidari debet. Si aqua ordei & aqua endiuiæ fufficiat,bene eft fed fi id nõ fatis fit tũc mediocria admi= niftrãda fũt.Qđ fi ne hæc quidẽ fatiffaci ant utẽdũ eft his quæ tenuẽ habẽt calorẽ intrepideq; id augere potes.quoniã ma= ius eft iuuamentũ infrigidationis, quod fequitur ex apertiõe eorũ, q̃ nocumen= tũ fupercalefactionis ipforum, q̃ quidẽ facile poterit extigui poft reclufionem. Immoderata autem extictio coctionem acrium humorũ vetat, etfi nõnulli huic

aduerſentur ſniẹ cum ignorent ĩmodicã extinctionem uires deiicere, et præſertĩ quæ per ægritudinem imbecilliores eſfectæ ſunt, & quamuis materia ſũmoperẽ corrigat̃, quãdoq; tamẽ reliquuntur poſt eam ægritudines, quæ ex mala temperatura frigida ĩmateriali pendent, aut cum materia contraria illi temperaturæ quæ correcta fuit. Porro frigida tẽperatura cum iam infixa fuerit, videtur quoquo modo eſſe difficilis calefactionis. in principio uero eſt ad modum facile uerũ infrigidare ſumme calidam, & ſi ſit difficile, facilius tamen eſt q̃ calefacere extreme frigidam. Quoniam extrema frigiditas eſt ipſa mors naturæ, eiq; æquatur. Scias præterea q̃ infrigidatio quandoq; adiungitur ſiccitati, et quandoq; humiditati nõnũquam uero eſt expers utriuſq;. Exiccatio autem frigiditatem iam factã fouet, humiditas vero eam quæ nunc fit magis inducit. nonnũquam pręterea adiuuant ſiccitatem omnes cauſæ caloris q̃

in extre

in extremo fuerint,& nõnũquam omnes causæ imoderatæ frigiditatis humanitatem adiuuant,neq; quicꝗ adeo efficacitẽ id efficit,ut ociũ & assiduus vsus lenium balneorum et thermarum.Hoc aũt totũ iam in prioribus sermonibus notum fecimus,vinum quoq; dilutum eximiã habet uim humectandi.
Scire adhuc debes ꝙ cum senex indiget refrigeratione et humectatiõe, ad id nõ est sufficiens id quod ad temperiem eũ deducat,imo quod ad eius frigidã et humidam temperaturam in quam incidit transeat,&si sit ei accidentalis,est veluti naturalis. Nec te lateat quod sæpissime qñ aliquam temperaturam imutare cupimus cogimur facere, quæ eam validiorẽ reddant, mixta cum re ei contraria,ut cũ cogimur vti aceto cum medicamentis calefacientibus ob eorum imbecillem vim pp quam ad aliquã particulam penetrarẽ nequnt,itidem cogimur vti croco in medicamẽtis infrigidãtibus cor, vt ad ipsũ

perducat. Multoties adhuc aliquod medicamẽ habet validissimam vim permutandi aliquam temperaturã, sed ob eius tenuitatem non adeo ĩmoratur vt suum peragat officium. tunc igitur oportet ei admiscer̃ aliquid quod illud crassius reddat detineatq; & si contrarium suę actionis id inferat, vt cum oleo balsamino ceram admiscemus, vel aliud vt in eo membro tãtisper detineatur, dum possit fũgi officio suo.

Caput tertium fen quarte. Quomodo & quando fieri debeat euacuatio.

DEcem sunt ea quæ rectum adferunt iudicium de euacuatiõe facienda, nempe repletio, vires, tẽperatura, habitudines corporis, & accidentia concurrentia, velut ne illi, quem soluere uis accideritiam solutio alui.

Quoniam in alui profluuio aluum̃ solue repericulosum est, ad hęc ætates & tẽpus anni, & aeris cõstitutio, & regiões & cõsuetudo in euacuatione, & exercitia seu artes. Hæc inq̃ si cõtrarium affirmãdæ euacuationis indicent, euacuationẽ quidem prohibebunt. Vacuitas namq̧ euacuationem omino prohibet. Itidem & imbecillitas cuius uis trium facultatum Verum quandoq̧ præeligimus debilitatem alicuius virtutis, potius q̃ nocumẽtum quod sequi posset ex dimissiõe euacuationis, hoc autem in facultatibus sensus & motus, si confidamus rem periculosam corrigi posse cum acciderit. itidẽ & in cunctis facultatibus fieri debet.

Temperatura prætera calida & sicca euacuationẽ ꝓhibet. itidem frigida & humida quæ caloris est expers, vel ĩbecillẽ habet calorẽ, euacuationẽ vetat. calida vero & humida eam satis admittit. Habitus autẽ corporis idẽ facit, nã ĩmoderata macilentia & raritas copis, eã ĩpedit timorẽ

dissolutionis virtutis, & ideo cum vexeris aliquem imbecillum macilẽtum, qui multam flauam bilem in sanguĩe habeat debes ipsi ea exhibere remediaq̃ urinam multiplicent & non euacuare ipsum, cibabisq́ eum his quæ optimum sanguinẽ generant, ad frigidum & humidũ declinantia. Sic enim fortasse temperamẽtũ humoris eius corriges. Immo forte roborabis ipsum, & tunc eũationes tolerabit. itidem neq́ sis præceps in ægro euacuando, qui ex usu habet parum comedere, si euacuationem euitare potes. Et qui supra modum obesus, prohibendus quoq́ est ab euacuatione, timentes tñ ne frigiditas præualeat, tum etiã ne caro venas opprimat, easq́ ianitas claudat & suffocetur natiuus calor, aut ad uiscera excrementa exprimat. Accidẽtia quoq́ mala ut prõptitudo ad alui profluuium (q̃d diariam vocant) & conuulsio euacuationem vetant, & ętates inferiores integro incremẽto & q̃ ad terminum vltimi senii deuenerint.

deuenerint. Tempus quoq; æstiuum & supra modum frigidum, eam non admittunt. Regio ad hæc meridionalis admodum calida satis ei obstat, cũ maior pars medicaminum soluentiũ sint calida, cõiunctio autem duorum calorum intollerabilis est. Adde etiã q vires sunt imbecilles, & laxę, & calor exterior trahit ad se humorem foras, medicamentũ vero intro & sic validus accidet tractus qui ad pugnam ducet. Septentrionalis quoq; regio frigida eadem uetat, & qui parum est assuetus euacuari, ab euacuatiõe etiam prohibendus est. Itidem et qui habẽt exercitia in quibus magna fieri solet euacuatio, vt qui balneis subministrant & qui onera ferunt, et tandẽ in quolibet exercitio laborioso abstinendum est ab euacuatione. Porro scire debes q ex qualibet euacuatione quinq; desiderantur. Primum quidem vt id quod euacuari debet euacuetur, post quam prius euacuationem alleuiatio subsequatur, nõ lassitu-

do instrumētorum, aut caloris irritatio aut feb. diaria. i. ephemera, uel aliquis alius morbus qui subsequi solet, ut intestinorum abrasio per alui solutionē, & ulcera uesicę, per urinæ euacuationem. nā etsi id iuuerit, eius iuuamentū nō percipietur, immo fortasse statim nocebit, donec accidens remoueatur. Secūdo inspiciendum est quo tendat, quoniā nausea uomitu purgatur, & dolor uentris per alui deiectionem. Tertio vt origo mēbri sit in ea parte ad quam uergit, sicut se habet interna uena dextri brachii ad iecinoris affectus, nō autē capitalis dextra q̄ cephalica nūcupatur. Nam si in similibus errorem cōmiserit noxam afferret. Membrum autem per quod educitur, ig nobilius esse debet eo, a quo uacuatio fit ne humor ad nobilius tēdat per exitum q́ꝫ sibi naturalem id fieri debet, ut se habent membra urinaria ad gibbum epatis & intestina ad eius cōcauū. Præterea mēbrum per quod fit expulsio, quandoqꝫ ē
ipsum

ipſummet membrū,a quo euacuatio faciēda eſt. Sed ſi in eo fuerit aliquis diuturnus affectus,uel aliqua recens ægritudo timēdūq; eſſet ne humores ſup ipſū tranſirent,tūc oprtebit eos alio deriuare q̄d ſit conuenientius, immo quandoq; uereamur ne prędominio humoris in eo ægritudinem pareat, ut ſi ab oculo ad guttur repelletur,fortaſſe enim in timorem anginę nos ducet. Quo circa in ſimilibus ſenſim procedendum eſt,immo ipſa natura quandoq; ſimili fungitur officio,& euacuat per inſuetam partem,cum cuſtodire curet illud membrum quādo eſt imbecille,& aliquādo id quod natura euacuat a remota oppoſitaq; parte ambiguitatem affert, ut ſi a capite ad aluum aut crus & plantam pedis, id expellatur. nā utrum ab uniuerſo membro aut ab aliq̄ eius ſinu id fiat,non vere ſcitur. Tēpus euacuationis cōſiderare oportet. et Gal. adhuc dicit quod in diuturnis morbis expectanda eſt concoctio,non in aliis.

Quid autem sit cōcoctio iam nosti. Post concoctionem autem ante euacuationē exhibenda sunt attenuantia veluti aqua hysopi, aut satureię et semina. Verum in acutis quoq; morbis & præsertim quietis consentaneum est coctionem expectare. Sed si mobiles fuerint, tunc conueniētius est euacuationem materię accelerare. Quoniam lęsio que ab eius motu prouenit, longe maior est q̄ quæ ab euacuatione ante cōcoctionem, præcipue ubi humores fuerint tenues, & maxime si in capacibus uenarum fuerint, & non ingrediantur membra. At si in aliqua particula humor fuerit detētus, haud quaq; moueatur donec concoctus fuerit, & mediocrem substantiam adeptus, vt ex locis ꝑpriis iam nosti. Itidem si nō fidamus uirtutem sustentari vsq; ad tempus cōcoctionis, euacuabimus quidem eum humorem, prius tamen cognita eius tenuitate & crassicie. Quod si crassus & dēsus fuerit nequaquā eum moueas, nisi prius ipsum

sum attenuaueris. Indicat autem ipsam crassitudinem nausea quæ præcessit, & dolor tensiuus sub precordiis, et ortus a postematum in uisceribus. Maxime autem animaduertendũ est in hac re, ne exigui meatus sint obstructi, et post hæc omnia poteris aluum soluerẽ ante concoctionem. Quinto vero contemplãda est quãtitas rei quæ euacuatur, quod quidem ad considerationem quãtitatis materię virtutisq; atq; accidentium quæ post euacuationem remanent attinet. quoniã si accidens aliquod euacuationem sequatur minus euacuabimus de eo quod euacuare proposuimus, nisi sperauerimus succurrere illi accidenti quod euacuationẽ subsequitur, vt in conuulsione ex repletione fieri solet. Scias adhuc ꝙ dupliciter materia euacuatur eradicaturq; a suo loco, vel enim per reuulsum ad cõtrariam remotamq;, vel per deriuatum ad contrariam proximamq; particulam. Conuenientius tamen tempus quod id fieri debet

eſt, dum nulla eſt in corpore repletio neq; humorum redundantia ullo pacto. Subiiciatur igitur ut a ſupremis partibus oris alicuius uiri immodice ſanguis profluxerit, vel ab hæmorroidibus alicuius mulieris, imoderata ſanguinis copia effluxerit cogimur omnino aut ad partem vicinam oppoſitam reducendo, & tunc recte reuocabitur materia, in primo quidem exemplo ad nares, in ſecundo vero ad locos, menſes reuocando. At ſi ad remotā patrem oppoſitam reuelleř cupimus, tūc in primo exemplo p infernas. In ſecundo vero per ſupernas venas, & corporis particulas ſanguinē euacuabimus, & cū ad remotam partem fit auerſio, non debet per duas diametros remoueri, ſed tantum per vnam diametrum quæ longinquior ſit. nā ſi materia in ſupremis partibus dextri corporis fuerit, nequaquam ad infernas ſiniſtri reuocabis, imo ad eiuſdē dextri infernas partes retrahes, q̃d profecto conuenientius eſt aut ad ſiniſtras

tras

tras ſupremas, ſi tãta fuerit diſtantia, quã
ta inter flexuram & flexuram, dũmodo
res non ſit ut in duabus capitis partibus
Nã ſi in dextra capitis parte materia in
ſederit ad infernam, non ad ſiniſtram ca
pitis partem trahes. Cæterum cum ad lo
cum remotum materiam reuellere inten
dis mitiga prius dolorem loci affecti, ſic
enim minor fiet tractionis violentia, cũ
dolor ipſe trahat. At cum grauiter trahi
tur ad locum, ad quem trahere cupis nõ
properes importune, fortaſſe enĩ huiuſ-
modi vrgens infeſtatio mouebit materi
am, eamq; attenuabit & non trahetur im
mo ad affectum locum facilius reuocabi
tur. Nonnunq̃ præterea ſatis erit tibi
retrahere & ſi eam non euacues, quoni-
am ipſa retractio prohibet materiam cõ
uerti ad membrũ, quamuis nõ extrahat
eã. Sola enĩ auerſio ipſa fũgit officio ꝓ-
poſito, etſi ea nihil euacues, imo ſufficiet
tibi ſi uſus fueris de uictiõe oppoſitorũ

membrorũ cucurbitularumq; defixionẽ aut medicamenti, quę rubificãtia vocãt & vt sũmatim dicam, quibusuis dolorẽ inferentibus remediis. Materiæ rursus quæ facilius uacuantur sunt, quæ in uenis existunt moxq; in membris, & artubus. Maxima nanq; cum difficultate ex his extrahi atq; euacuari possunt, nec fieri potest quin cum illis aliquid aliud euacuet. Ad hæc qui euacuatus est nõ debet festinare ad cibos multos ac crudos capiendos, quoniã natura eos incoctos trahet, q; si aliqua vi cogimur id facere, id quidem sensim ac paulatim fiat, adeo vt ordinate res procedat & qđ corpus ingreditur sit optime concoctum.

Porro uene sectio est humorũ eque auctorum propria euacuatio. Sed propria euacuatio, quæ debetur humori sua quãtitate tantum exuperanti aut sua qualitate corrupto, est aliud à uenę sectione.

Omnis præterea euacuatio ĩmoderata solet vt plurimum feb. inducere. Cumq;


ex de

ex detentione alicuius fluxionis consuetę, aliquis malus subsequatur affectus, eã dem reuocare euacuationem, curatio vt plurimum est ut si aurium sordis aut narium mucci detẽtio vertiginem induxerit, pro culdubio eorum eductio eam tollent. Nec te lateat ꝙ minus nocet relinquere aliquod residuũ humoris, qui euacuatione indiget ꝙ̃ exquisite eum euacuar̃ vel ægrum eo perducere, vt uires debilitenter, quoniam ipsa natura tale residuũ sępissime soluere solet. Et ubi humor in genere perseuerauerit cõueniẽti, ægro tansq́ eum bene fert ne timeas exuperãtiam, & fortasse eris coactus euacuar̃ vsq́ ad animi deliquium. Et si quis vires validas habeat, materia tamen humoruũ uiciosorum eius admodum exuperans fuerit, uberrime euacuari potest. Sed qui uires imbecillas habet, humorũq́ maloꝝ eius materia multa fuerrit, tunc sensim eũ euacuar̃ oportet. Itidem si materia valde hęreat, aut cum saguine ualide mixta fue

rit,is semel euacuari nequit,ut fit in coxedice & in articulorum doloribus diuturnis & crancro inueterataq; scabie diuturnisq; tuberculis. Scias præterea q alui solutio trahit a partibus superioribus & eradicat ab inferioribus. Expedit igitur utriq; tractui conuenieti videlicet & opposito,conuenit adhuc & post materierũ quietem. Et cum materiæ in superioribus partibus fuerint, ad oppsitum trahit,& a loco vbi sunt, eas euellit. Vomitus vero et attractionem & euulsionem opposito modo efficit, venę sectio vero varie se habet iuxta loci varietatem vbi sanguis existit, vt iam nosti. Ille præterea minus euacuatione indiget,qui optimo vtitur nutrimento, optimeq; concoquit & qui regiones inhabitant calidas.

Caput Quartũ fen quartę de regulis quę vomitui et alui solutioni sunt cõmunes, deq; modo quo vomitiuũ solutiuumq; trahant.

Si quis



I quis alui ſolutione vel vomi‑tu vti deſiderat,debet ſuum diſpartiri cibum, & quantum vno die ſufficit ei,bis idem reſumat varietꝗ; cibaria potioneſꝗ;. fiet enim ex hoc vt ventriculus ſi quid in ſe continet id ſuſꝗ;deꝗ; expellere cupiat. At ſi cibus nec varius neꝗ; ſuper alium appoſitus fuerit, ventriculus profecto eum tenaciter retinet,eumꝗ; cuſtodit,vehementerꝗ; eũ amplectitur præſertim ſi exiguæ fuerit quãtitatis. Qui vero lenem habet aluum nullum horum agere debet. Nec te lateat ꝙ qui bono vtitur regimine nõ contigit eum indigere vomitu vel alui ſolutione vel aliis ſimilibus. Nam bonũ regimen aliquid aliud his leuius deſiderat. Immo forte ſi quis diligens fuerit in hac re,ſufficiet ei deambulatio & frictio & balnea Qđ ſi eius corpus repletũ fuerit,ꝑfecto huiuſmodi viri repletio,vt pl̃m ex optĩo humore erit, hoc eſt ex ſangĩe huic ergo

uenę sectio magis necessaria est pro eius purgtione non alui solutio. Porro ubi necessitas nos cogit uenã incidere, & aluum soluere uelut cũ ueratro & aliis fortibus medicamentis tũc à sanguinis missione inchoandũ est, hoc enim est Hip. præceptum in li. de morbis passim grassantibus & est profecto uerũ. Itidem si cũ sangine pituitosi humores ĩmixti fuerint, quibus fortasse uenę sectio crassiciẽ & lentorem addiderit, tunc ab alui solutione inchoandum est, & ut summatim dicam, cũ humores æquales fuerint, præpone phlębotomiã deinde euacua. Sed si inæquales, euacua prius excrementũ donec æquẽtur, deinde uenã incide. Ad hæc ubi pręponẽda est sanguinis missio & aliquis pharmacum præmiserit, paucis diebus expectare debet. At cui recens uena secta fuerit, & euacuatiõe indiguerit, exhibere ei pharmacum conuenientius erit. Multoties uero exhibere pharmacum, ubi uenę sectio cõueniret, febrẽ

una cum perturbatione introducit, quæ quidem si adhibitis remediis sedatiuis, non sedetur, tunc nõ ignorabis fuisse necessarium præponere sangĩs missionem. Nec requirit quelibet euacuatio, ob ĩmoderatam repletionẽ, immo quandoq; affectus magnitudo repletioq; secundum qualitatem non secundum quantitatem eam exposcit. Sæpissime adhuc aliqua necessitas cogit euacuatione uti, & aliquid eam prohibet, nulloq; alio ingenio uti potest q̃ inedia & somno atq; correctione tẽperaturæ quam repletio inducit. Cæterũ aliqua est euacuatio qua in præcautionẽ utimur, ut est illa qua indiget is, qui podagra & comitiali morbo, uel aliis corripi certo tempore solet, & præsertim tempore ueris. Tunc ergo ante illud tempus debet se preparare, & euacuatione suæ ægritudini propria uti, siue sanguinis detractione, siue pharmacia, & fortasse administratio exiccantium exterius, & exiccatiua medicamina aliquo

euacuationis officio fungitur, vt his qui aqua inter cutim laborant, administrari solent. Nonnũquam pręterea oportet te vti medicamento simili in qualitate humori euacuãdo, ut scamonio cum flauã bilem euacuare cogaris. Tunc igitur ei admisceri debet id quod sua qualitate ei obstet, & ut in solutione conueniat vel quod non prohibeat eius solutionem, vt sunt mirobalani, malamq; temperaturã si quo orta fuerit ab eo, post illud corrigat. Porro qui viscerum seu stomachi ac intestinorum appostematibus laborant moleste ferunt solutionem & vomitum Quod si hoc indigeant da eis lupulos, et cartamum, & aquam polipodii, & cassiã fistulam et his similia. inquit Hip. Macilentos & ad uomitum faciles, purgandos esse per vomitum, hoc aũt fiat ęstate vere, autũno, non hyeme. Sed qui mediocriter carnosus fuerit, conuenientius est eum per inferiora purgare. Quod si res vrgeat vt vomitu euacuemus, ad

ęstatem

ęſtatem differe debemus. Cauendumq̃ ē ab eo, niſi ubi magna urgeat neceſſitas. Attenuatio præterea humoris quē euacuarī volumus, ſolutioni ac vomitui prę ponenda eſt. Itidem et meatū dilatio reclusioq̃. hoc enī fidimus, corpus nullū laborem eſſe paſſurum. Cæterū ſcire debes q̄ aſſueſcere naturam, vt reddatur lenis & facilis, ad id quod cupis videlicet ad ventris ſolutionem, vel vomitū, ante q̄ exhibeatur ſolutiuū, vel vomitiuum, eſt regimē ꝓſperū. Ad hæc vētris prugatio atq̃ vomitus, vbi gracilitas ventris abſit, difficilis quidem ac laborioſa & piculoſa. Porro vomitum medicamentum efficitur ſolutiuum, cum ventriculus validam habuerit vim, aut vbi poſt vehementē famē exhibitum fuerit, vel ſi ille cui exhibitū ē ſolutus ſit, vel natura lenis, aut ad vomitū inſuetus, aut q̄ illud medicamētū ſit grauis ſubſtātię, facile dſcēdēs. Solutiuū vero reddit̄ uomitiuū ob ſtomachi ībecillitatē, aut īmo deratā.

excrementi alui ſiccatione̅, aut quia medicamentum id abominabile eſt, aut qui illud ſumpſerit nauſeam patiatur. Cu̅qꝫ aliquod ſolutiuum medicame̅tu̅ nihil vel aliquid incoctum ſoluerit, humorem ſoluendu̅ mouet & eum p̱ corpus diſpergit; corporiqꝫ dominatur, & alii humores in eum co̅uertu̅tur, & talis humor in corpore mutiplicat̃. Eſt pręterea in corpore aliquis humor qui facile uomitui co̅ſentit, ut plurimu̅, ſicut flaua bilis, aliquis uero cum difficultate ut atra bilis, quidam utru̅qꝫ habet ut pituita. Ad hæc febriens alui purgatione potius q̄ uomitu uti debet, qui au̅t humore̅ habet deorſum deſcende̅tem, ut qui lenitate inteſtinoru̅, quam lyenteriam dicunt, laborat, prohibitus eſt enim vomitus. Porro inter cætera medicamina ſoluenntia illud certe deterius eſt, quod tempore ſolutionis ex medicame̅tis maxime diuerſis co̅ſtat. Quonia̅ ſolutio perturbatur, et primum antequam ſecundu̅ ſoluet, & forte

primum

primum ſubſtantiã ſecundi ſoluet. Qui-
cunq; præterea ſolutioni alui uel uomi-
tui ſe cõmittit cum purũ habeat corpus,
inpoſſibile eſt. quin & capitis uertiginẽ,
uentriſq; tormina atq; inquietudinẽ pa-
tiatur, & quicquid euacuabitur ab eo, id
prorſus maxima cum difficultate purga
bitur, & ut unico verbo dicam, quocienſ
cunq; ſolutiuum medicamentũ excremẽ
ta expurgat, nullam conſequitur ipſum
perturbatio. Sed cũ incœperit perturba-
tio, id profecto aliquid aliud ꝙ excremẽ
tum euacuat. Cumq; humor qui per uo-
mitum vel aluũ euacuãdus eſt, in alium
conuertatur humorem, corpus profecto
indicat eſſe expurgatũ ex illo humore,
quẽ euacuare deſideramus. Sed ſi in ab-
raſionem, & quid nigrũ fetidum uertatũ
tunc malo eſt. Præterea ubi ſomnus poſt
ſolutionem inualuerit, ſignificat corpus
eſſe exacte purgatum per talẽ euacuatio
nem, & contuliſſe. Nec te lateat ꝙ ſi poſt
ſolutionem uel uomitum, ſitis inualue-

rit, ꝙ perfectam ac exquisitam optimã ꝗ purgationem significat. Scias adhuc ꝙ solutiuum medicamẽ soluit ui tractiua, qua ipsummet humorem trahit, & fortasse trahit crassum humorem & tenuem relinquit, ut quod atram bilẽ soluit efficere solet. nec recte locutus est qui dixit illud medicamen generare id quod trahit vel ꝙ tenuius primo trahat. Tametsi Galie. sententia hæc sit, absolute taman .d. ꝙ illud solutiuum, quod nullã habet beneficam uim si non soluerit, sed in nutrimentum cõuertatur ꝙ generat humorẽ quem trahit, sed hæc sententia nõ est omnino probanda. Verum ut ex sententia Gal. colligi potest uidetur ipse censere, ꝙ inter medicamentũ trahens, & humorem tractum sit quędã similitudo in substantia, & ideo trahit, quæ quidem sentẽtia non videtur ueritati conformis. Nã si tractio fieret per similitudinem, ferrũ certe ferrum traheret quando illi dominaretur, & aurũ itidem aurun attraheret,

ubi

ubi sua qantitate illi præualeret. Verũtamen huius inquisitionis finis, ad alium quã ad medicum pertinet. Secundũ ad huc est ꝙ attractio humorum, quæ fit ꝑ potionem solutiui medicaminis vel vomitiui, per easdẽ fit uias, ꝑ quas pulsi fuerunt donec ad intestina & ventriculum perueniant, ibiq; natura mouet vt foras propellat. Raro tamen accidit ut per potionem solutiuã ascendãt ad stomachũ quod si ascenderint aduomitũ quidem euocabuntur, duabusq; rationibus non fit ascensus ad stomachum. Prima quia solutiuum medicamẽtum cito penetrat ad intestina. Secunda vero quia tempore potionis pharmaci solutiui natura festinat expellere ex uenis mesaraicis nũcupatis, deorsum non sursum. Est enim id & propinquius atque facilius. Adde etiã ꝙ subseq̃ntia, ea quæ præcesserũt impellũt. hoc autẽ maxĩe mouet naturã ad expulsionẽ ꝑ ꝓpinquiorẽ uiã et si medicamẽ haberet uim tractiuã nõ cõiunctã,

ipsi humori,tunc uis naturæ expultricis deberet magis prȩualere in corpore sano ac robusto. Accedit ad hoc quia medicamen trahit illum ad propriam uiam. At uomitiuum medicamen cõtrario modo se habet,nam cum in uentriculo est inibi moratur & humorẽ trahit ad se ex ĩtestinis,suaq; ui & resistentia naturali uirtuti dominatur. Scire adhuc debes ꝙ maior attractio humorum,quæ fit per medicamentorum solutiuorũ tractum, est in uenis,nisi ualde uicinum extiterit, tunc enim ex eo & in uenas et non uenas humor trahitur vt in humoribus qui in pulmone sunt fieri solet,hi enim per viciniorem viam trahuntur ad ventriculum et intestina,quamuis non permeant per venas.Item scias ꝙ sæpissime exiccatio quȩ fit cum medicamẽtis exiccãtibus,est causa euacuationis humiditatum, a corporẽ vt in aqua inter cutem fieri solet.

Caput Quintũ fen quartæ sermo de purgatione & eius regulis.



Am ante'a nobis traditum est oportere corpus pręparare ad recipiendum solutiuũ medicamen, anteꝗ̃ exhibeatur amplificatione meatuũ lenitio, necꝗ alui & pręsertim in frigidis affectibus, & vt summatim dicam, ante ventris solutionẽ lubricum facere est optima regula, in qua maxima fiducia habenda est præter ꝗ̃ in his qui admodum parati sunt ad alui fluxũ. In his enim nihil tale agendum est. quoniam ĩmodici profluuii periculum esset. Horum ergo solutiuo medicamine admiscendum est aliquod vomitiuũ, ne festinet descendere'a ventriculo anteꝗ̃ ꝑficiat officium suũ. Immo ęquetur in eo uis vtriusꝗ medicaminis, & solutiuũ agat suam actionem, vomitiuũꝗ suo fungatur officio illi opposito. Cæterum balbutientes sunt fluxui ventris expositissimi, ideoꝗ fortissimũ medicamen solutiuũ non ferunt, & vt plurimuũ eorum solutio prouenit ex fluxionibus capitis, pa

iculosum præterea est sumere pharmacū solutiuum manētibus siccis excremētis in intestinis, sed debent prius educi siue clysteri siue aliquo lenitiuo iure, uti etiā balneo ante solutiui pharmaci potionē per aliquot dies, ē ex præparatiuis remediis præsentaneis, nisi aliquid īpedierit. Sed inter balnea & pharmaci potionē exiguū debet interesse interuallū nec post pharmaci haustum debet balneū ingredi, quoniā materiā ad exteriora euocat. Conueniret tamen ubi alui fluxionē sistere curaremus. Sed hyeme nihil incōuenit primam domū balnei ingredi, vbi eius calor haud quaquā possit trahere, sed lenire, & ut verbo dicam, aer ubi uersatur qui pharmacū sumpserit ad exiguā caliditatē declinare debet, ne sudet neqꝫ molestia afficiatur. hoc enim inter ea q̄ præparant numeratur. Itidē & frictio & inunctio ex oleo præparatiuum est remediū. Atqui pharmaco non fuerit usus, neqꝫ ipsum potauerit, nequaquam

debet medicus exhibere ei medicamina vehementer soluentia.

Qui vero repletiōe, tenent̃ humoribusq́ glutinosis ac tētione in præcordiis laborant, & qui in uisceribus inflammationē & opilationes habuerint, nulla est eis exhibenda potio donec id lenientibus alimentis, balneo ocioq́ & dimissione rerum quæ moueant & inflamment corrigatur. Porro qui aquas stagnales bibunt ac lyenosi fortia desiderant pharmaca.

Adhæc si quis ualidum hauserit pharmacum satius erit post illud dormire antea quā operetur, quoniam tunc melius suo fungetur officio. Si vero debile id fuerit, satius erit a sumpto pharmaco non dormire, quoniam natura medicamentum id concoquet. Sed cum pharmacum incipit operari utcunque fuerit, tutius est non superdormire neque debet moueri super potionē pharmaci, sed quiescere ut ipsū natura āplectat̃ agatque in

ipſum,nam niſi in ipſum agat id in natu ram non aget. Oderare tamen debet q̄ nauſeam prohibē͞t ut mentā & rutam et apium & citoniū et terram lenniā roſa- ceá aqua reſperſam, pauco addito aceto & ſi ob odorem pharmaci rē͞nuat illud haurire,claudat nares. Debet pæterea qui à medicamē͞to abhorret aliquid tar- con(qđ pyrethrū à nōnullis eſſe credit̄) mādere vt oris facultatem ſtupidam red dat. Quod ſi vereatur ne medicamē͞tum euomat,extrema deligere debet,& poſt potum ſtatim aliquod habens aſtringen di vim ſumat. Cæterum his quādoq; me dici catapotia melle obuoluūt,nōnunq; melle Zuccharo,decoctis,adeo ut indu mento quodam oblinantur. Eſt quoq; cōueniens induſtria ea cera liniri. Ex in duſtria adhuc eſt implere os aqua,vel ali quo alio,deinde catapotia vt ſūt deuora re,aut aliqua alia induſtria vti totūq; id ita deglutiat, ne à medicamine quis affi ciatur. Decoctum aūt debet tepidum po tari.

tari. Catapotia vero cum aqua tepida deglutire licet. Ad hæc qui pharmacũ haurit ventriculum atq; pedum plantas calefacere debet, & statim ipsũ sumere. Sed postquam animus quieuerit ambulet, ac sensim moueat̃, quoniã huiusmodi motus satis iuuat, paulatimq; aquam calidã hauriat quantitatem tamen qua nec medicamẽtũ soluat neq; ipsum educat eius q; vim hebetet nisi ubi urgeat necessitas fluxionem alui detinendę. Potu adhuc aquæ calidę euitamus lęsionem pharmaci. Præterea qui calidi temperamenti est debilisq; constitutionis & imbecillis vẽtricule et uult pharmacum sumere debet antea bibere quale est aqua ordei vel vinum granatorum, & vt summatim dicã, aliquod alimentũ tenue facilis cõcoctionis ventriculo præponat. At si non ita se habuerit satius est vt ieiunus pharmacum hauriat. Porro qui ęstate soluit̃ in feb. incurrit. Et qui pharmacũ sũpsit nõ debet comdere neq; bibere donec phar-

macum suum perficiet officiũ, neq; post eius solutionem dormire licet, nisi fluxum sistere uolet. Et si eius ventriculus non sustinuerit inediam, eo quod biliosus sit, facileq; ad eum bilis confluat, aut quia iam diu præcautione inedia usus fuerit, tũ debet exhiberi ei panis pauco vino maceratus, post pharmacum, ante purgationem, hoc enim fortasse adiuuabit pharmacum. Nec anum aqua frigida, sed calida abluere debet. Quidam dixerunt quod catapotia deuoranda sũt cum aliquo decocto eorum naturę respõdente veluti catapotia que flauã purgant bilem deuoranda sunt cum decocto fumiterræ, & quæ atram cum decocto epithymi & filiculi & id genus aliis, & quæ pituitam educunt cum decocto centauri Cæterum cum aliquod corpus siccum duram habens carnem aliquo forti medicamine euacuare volueris, ut ueratro & id genus aliis, ualida humectatione prius utendum est, cibis scilicet pinguibus

bus. Tandem fortia medicamenta pur-
gatiua magnum minitantur periculum
ut est ueratrũ corpori. namq; integro cõ
uulsionem adfert. plethorici uero corpo
ris humores motu periculoso cõmouet
& simul ad intestina trahit quod nause-
am excitat. Cumq; maximum infertur
nocumentum ex potu alicuius lactarię
herbę ueneno si generis, quæ tithymallia
vocantur, ut est daphnoides, quam laure
olam uocamus, vel pityusa, quã scebrã
mauri appellant, id nocumentũ lac ace-
tosum tollit astringitq;. Sæpissime præ-
terea mediacamen dimittit odorẽ in uẽ-
triculo, ita uideatur ipsummet inibi re-
mansisse, cui remedio quidem est farina
ordei tosta, ob eius detersionẽ. nihil enĩ
int̃ omnia q̃ bibunt̃ melius est. Cũq; iam
diu pharmacũ sũptum fuerit, nec dũ op
ari cœperit, tũ si fieri põt ut ipsũ euomat
et nihil moueat fiat. Sed si aliquid obstet
satius erit traiicer̃ aquam mulsam vel ei-
us sy. aut aquã in qua nitrũ sit dissolutũ
vel glandẽ supponat aut clystrẽ ĩfundat

Causę autem impotentię pharmaci sunt
vel meatuū angustia à sua formatiōe aut
ob temperaturam, aut ex morbi vicinita
te, nam qui resolutione quam paralysim
uocant, & stupore attonito quē apople-
xiam dicunt capiuntur, astrictos habent
meatus, quibus medicamina debent trā-
sire ad illorum humores, & ideo illorum
solutio imbecillior redditur. Porro duo
medicamenta solutiua eodem die porri-
gere vt metu plenū est ita alienum à rati
one. Quodcūq; etiam pharmacū quod
est proprium alicui humori, si eum non
inuenerit perturbabit quidē, & cum dif-
ficultate soluet idemq; efficiet si eū in
suo contrario īmersum inuenerit. Cæte
rum omne pharmacū soluit primo hu-
morem sibi propriū, deinde eum qui ma
gis exuperat tenuiorq; est. Itidem & reli
quos iuxta hūc ordinem præter sangui-
nē, quem quidem natura post ponit atq;
custodit. Attrahere præterea humorem
distantem difficile est, adhuc si quis vere

atur

atur ne'a pharmaco hausto superueniat ei inquietudo & nausea, is quidem duo bus aut tribus diebus ante pharmaci usũ debet vomitum citare cum decocto radiculę, eiusq́ esu neq́ salis copia ineduliis uti debet qui purgationẽ desiderat. Cætetrum sæpissime cum pharmacũ nõ soluit molestiam nauseã animi deliquium, tremorem cordis torminaq́ adfert aut sudorem, sępiusq́ coguntur ipsum euomere. Quandoq́ tamen sufficit sumere quæ habent vim astringendi. Potus quoq́ aquæ ordei tollit eius lęsionem, detergitq́ quicquid intestinis adhęret, & qui frigidę est tẽperaturę, cuius humoribus pituita præualet post pharmaci assumptionem eiusq́ operationẽ sumere debet nasturtium aqua calida elotum cũ oleo, at si calidi fuerit tẽperamẽti, sumat psylliũ ex aqua frigida & oleo violaceo et zucch aro albissimo & Iulep. Sed qui moderatam habet temperaturam sumat semen lini, & qui abrasionẽ intestinorum timet

armeniæ glebam, quam lutum armenum uocant, ex vino granatorũ sumat. Porro his enarratis 'a purgatione utendũ est ni eam sistere velis. Cæterũ si febris quępiam 'a pharmaci potione inuadit, nihil melius aqua ordeacea. Syrupus vero acetosus ĩtestina deradit, postponi ergo debet, in secundũ aut tertiũ diem donec ĩtestina sibi restituta fuerint. Porro qui purgatus est balnea debet ingredi die secunda, quoniam si quid relictũ fuerit ex humoribus, id balnea dissoluunt. Quod si balneis oblectetur ac in deliciis habeat, indicio est ꝙ eum 'a residuo purgabũt itaq; sine eum. Quod si scias eum nõ oblectari illis sed potius molestari tũ illinc eum auoces. Nec te lateat ꝙ qui ventriculum & intestina imbecilla habet, fortasse ab ipsis medicaminibus quibus uis purgandi inest, facultatem solutiuuam adipiscetur, talisq; affectus in eo perdurabit, ita vt multis remediis indigeat quo astringatur. In senibus quoq; metuendũ

est

est de solutiuo & eius nocumentis. Præterea sciẽdum est ꝙ bibere aqua fructuū post medicamina purgatiua febres perturbationemq; inducit. Multoties etiam post purgationem venęq; sectionem remanet dolor in epate, quem potus aquæ calide tollit. In ortu etiam canis, atq; in frigoribus maximis non est purgationibus vtendum, idcirco satius est vere vel autūno pharmacum sumere, autumnus tamen ei rei aptior est. Hyems autem est tempus, quo nix in mõtes cadit. Ver aūt ęstas subsequitur. Ideoq; non sumatur in eo nisi quod tenue, sed autumnus est equale tempus. Semper autem non est assuescenda natura ad pharmaca quoties ĩdiget lenitione, quoniam id in usum cõuerteretur, & eius tandem exitus ad perniciem ducet. Pharmacū q̃q; fortes uires dissoluit eiusq; temperamẽtū habet siccū post potionẽ autẽ debilis pharmaci parū mouẽdū ẽ ne eius uis dissoluat. Int̃ medicamẽta debilia benedicta, numerãdę sūt

violę & zuccharum, & qui hyeme solutiuo medicamento indiget, uentum obseruet austrinum, æstate vero septentrionalem. Aliqui tamen huius contrariũ aiũt Sed id quidem distinguere oporret iuxta varios morbos. Cumq́ ęger debilis indiguerit solutiuo pharmaco, & nihil illud operet, nequaq́ debet is moueri sed dimittendus est. Multoties præterea ventris solutio morbũ excitat, febremq́ parit cui rei fortasse venę sectio sat erit.

Caput Sextum quaræ fen, de immodica alui purgatione & quando retinenda sit



Nter indicia quibus cognoscimus iam accedere tempus, quo alui purgatio sistenda sit, est sitis. Quod si purgatio perseueret & sitis non euenerit nõ est cur timeas eum modum excedere. At sitis nõnunq́ accidit non propter multam & immoderatam purgationem, sed propter ipsum

uentriculũ

uẽtriculum. nam si calidus uel siccus fuẽ rit uel utrũq; horum habuerit citissime si tiet. Itidem propter ipsum pharmacũ id fiet, ut si fuerit calidum exustiuũ. Itidem & ob ipsummet humorem si biliosus fu erit, ut flaua bilis, propt̃ huiusmodi ergo causas non mirum si sitis acceleret. Quẽ admodum si contrariæ his causæ contin- gant nihil a ratione alienum erit ipsam sitim tardius se offerre. At cum sitim im moderatam purgationẽq; non modicam uideris, tum omnino reprime eã, præser tim si nulla causarũ uelocis ac citæ sitis adfuerit. In hmõi enim cum sitis appare at, haud quaq; differendum est. Et forte id quod expurgabitur, tempus quo pur- g atio abscindẽda sit tibi indicabit. nam ubi ex flauæ bilis purgatiuo iam purgati onem deuenisse ad pituitam perspicuũ fuerit, tunc excessũ fecisse notabis. Ma- xime uero si ad atræ bilis purgationẽ res peruenerit. Sanguinis autem soluti ma- ximi periculi maximiq; momẽti est. Cæ-

terum si alicui tormina in ventre relicta fuerint recurrendũ est ad id q̃d in tractatione de torminibus dictum est.

Caput Septimum fen quartæ, Quonam pacto corrigendus sit affectus illius cuius purgatio modũ excessit.


Vrgatio quidem redditur immodica, uel ob uenarum imbecillitatem, aut ꝙ earum ora reserata sint, vel ꝓpterea q̃d purgatiuum pharmacũ ora earũ mordet vel quia corpus exeo malã acquisiuit tẽperaturam, et sic de aliis id genus. Si igitur alui purgatio immodica fuerit, tũ sursũ & deorsum extrẽa diligenda sunt incipiendo ab ascellis & inguinibus, et descendendo inferius ab eis, exhibendum ꝗ est parũ medicamẽti quod ex uiperis cõstat theriacam uocant, & philonium, et sudorem prouoca si fieri potest siue balneo siue uapore aquæ calidæ sub eius pannis e quibus

quibus caput extollat, & si sudor ad modum exuperauerit, ꝓpina ei quæ stipāt. Detergantur autem aut fricentur rebus astrictiuam uim habētibus, adhibeantur ꝗ ex aquis odoratæ madefactiões, vt sūt infusiones odoratæ & sandali & cāphora & succus fructuum, partesq; exteriores fricare atq; calefacere oportet. Immo si opus sit cucurbitulę ignitę cū scalpellatione sub costis ac inter humeros adhibendę, & si necessum fuerit emplastrum ex farina ordei tosti, ac astringentes aq̄s uentriculo & uisceribus super inponas. Itidem & olea astringētia ut melinum et mastichinum. Aer quoq; frigidus euitādus ē, cōprimit enim ac aluū soluit, a calido etiam āere abstinendum, quia uires exoluit & odoramentis fragrantibus hi confortandi sunt, styptica q; deglutiant, panem quoq; exiccatum, quem arabes chahchah, nos biscoctum uocamus vino arematico deuorent, sitq; tale calidū & quodiam antea sumpserit panem

ex uino granatorum & genera cibariorum ex farina ordei torrefacti, cõfectorum, et cortices papaueris cõtritas. Experientia quoq; cõprobatũ est summopere ualere semen nasturtii trium drachmarũ põdere, quod prius torrefiat, mox lacte acetoso subagitata. Dog ab arabibus dicto coquatur, donec coaguletur, deinde potu detur. Cibus præterea debet uim astringẽdi habere & niue refrigerari uelut est uinum, succus uuarum acerbarum & id genus alia. Ad retinẽdas etiã alui fluxiones multum ualet uomitum aqua calida excitare, extremaq; in ea ponere. Quod si gratia exempli animi deliquio corripiãtur propina eis uinũ, & si id totũ nihil proderit, tandẽ poteris uti his quæ uim obtinent soporificã, & quæ sunt ualentissima remedia in tractatione de sistenda aluo cognita. Medicus adhuc debet apud se paratos tum pastillos ac pulueres strĩgentes deglutiendos, tum etiam clysteres ac eorum instrumenta.

Caput

Caput Octauũ quartæ fen. Siquis pharmacũ solutiuũ sumpserit & nõ soluerit.



Vm purgatium medicamentũ nõ purgauerit, torminaq; ac inquietudinem capitisq; dolorẽ uertiginem pãdiculationes, oscitationes ue intulerit, recurrẽdum ẽ ad clysterem ac glandes notas, bibatq; e mastiche tres drachmas ex aqua tepida, & fortasse iuuabit pharmaci operationem astringentiũ potus, uesciq; postea citoniis ac malis ut quæ & os uẽtriculi & qđ infra est cõprimere ualeant, nauseamq; si stant, & purgatiui pharmaci motum qui sursum fertur deorsum reuocent, naturã q; roborẽt. At si nihil clyster iuuerit, malaq; accidẽtia orta fuerint ut corporis tẽtio, oculi præeminẽtia, motus quoq; superiora petat, tunc haud quaq; poteris uenæ sectionem euitare. Quod si nec pharmacum purgationẽ fecerit maliq; casus subsecuti fuerint, incidere quoq; uenã

postea par ẽ imo etiã post duos aut tres dies, nam nisi id fiat timendũ erit ne hu-mores ad aliquas principes partes se con uertant.

Caput nonũ fen quartæ, De medicamentis quibus purgandi uis inest.



Vædam sunt solutiua medica-mina quæ admodũ uiciosa sũt ut helleborus et genus tripolii (quod turbit vocant) præsertĩ quod vitiosum est et genere croceum, itidem & agaricum non album neq; purũ sed ad nigredinem decliue, & sicut daphnoides (laureolam dicunt.) hæc enim vitiosa sunt, et si qď horum sumatur, mala inde sequuntur accidentia, consentaneũ igitur est a corpore quantũ possibile fuerit, vomitu aut aluo expelli, & medica-mentum quod ex viperis constat (theriacem vocant) remedio exhiberi, & multotiens potio aquæ frigidæ, sedereq; in ea

phar

pharmaci malitiam pellit, vetatq; anhe=
litum ab eo corrumpi, q̃ omnia ex turbit
citrino et putrido inferri solẽt, ad idem
valet quicquid acredinem sua glutinosi
tate & lenificatione atq; pinguedine in
infringit, nõnũ q; præterea adest quædã
proportio inter medicamẽta et quædam
singularia temperamenta ut scamoniũ
quod quidẽ in his qui in regionibus de=
gunt frigidis, nisi in magna quãtitate su
matur exiguam efficit operationẽ, ut in
regione germanorum. Cæterum in aliq
bus corporibus atq; regionibus fortasse
non oportebit substantiam medicamẽto
rum exhibere, sed eorum viriutẽ. Porro
medicamentis purgatiuis conueniens
est adhiberi medicamenta odora, ut per
hæc mẽbrorum vires seruẽtur, ad quod
negotium medicamento cordialia opti
me valent, cum vitalem spiritum in om
ni membro confortent & maior pars ho
rum sua tenuitate & penetratione ad id
cõferunt, & quãdoq; cõiunguntur duo

medicamẽta, quorũ alterũ cito, alterũ uero tarde purgat suũ humorẽ, primumq; cũ suam cõpleuerit operationẽ, iam secũdum ad suũ humorem ui quadam impulit, ac in ipsũ egit, & eius uim hebetauit adeo ut cum secundum postea suũ agit opus, obtusi plane uigoris sit mouens & non perficiens. Admiscendum igitur est illi aliquid quod eius uim incitet, festinareq; illud faciat ut zinziber mixta triopolio (turbit uocant) efficere solet. nõ sinit enim illud longo torpere tempore. itidẽ efficit si ea exacte cõmisceas. Cõtemplari autẽ debes eas regulas quas de uiribus medicaminum simpliciũ uim purgatiuã habentium exposuimus, ubi de uniuersalibus regulis simplicium medicamentorum sermonem egimus. Medicamen adhuc purgatiuũ quandoq; sua proprietate digerẽdo ut turbit, quandoq; cõprimendo soluit ut myrobalanus, nõnũq; tamẽ lenitiõe, ut genus äerei mellis (qđ arabes siracost uocant) quandoq; lubricra opatiõe

tione soluit, ut succus pulicaris herbæ q̃ psyllion uocatur & prũa. Maior autem pars pharmacorum fortium habet, quod uenenose facultatis et purgat, donec uim inferat naturę, iccirco corrigi debent iis quæ pellendi uenena facultatem habent q̃ theriacalia remedia uocant. Nõnunq̃ uero amaritudo acredo astrictio, acrimoniaq̃ medicamenti (quam põticitatem appellant) atq̃ eius acetositas actionem pharmaci adiuuant, præsertim si cũ eius proprietate coueniant. nam amaritudo & acredo ad digestionem, acrimonia uero ad expressionẽ, & acetosa facultas ad incisionem, q̃ ad lubricum reddendũ preparat. Nec debent simul coniungi cum cõpressiuis q̃ lubricent æquis portionibus, ita ut eorum uires inter se æquales sint, imo aliud alio tardius operari debet ita ut gr̃a exẽpli illud medicamẽ agat suã opationẽ anteq̃ expressiuũ, mox expressiuũ supueniat & purget qđ lenitiuũ leniuit, & seruata hac raõe ĩ reliqs idẽ fiat.

Caput Decimum fen quartæ, Quidnam hac de re alibi querendum sit.

IN cõmentario nostro de medicamentorũ cõpositione (quem acrabadin inscripsimus) querẽda sunt medicamenta tum purgatiua tũ etiam lenitiua, siue epota siue inuncta & id genus alia ac illorum ætates in tractatione uero de simpliciũ medicaminũ materia, querẽda est correctio cuislibet simplicis medicamenti & quo pacto eius defectui succurrendum sit ac qualiter potu exhibendum sit. Catapotia quoq; anteq; lapidis duritiem siccitate contrahãt deuorari debent. Neq; ea dum recentia molliaq; sunt ita ut hæreãt & lẽtore suo conglutinentur deglutire licet, sed cum desiccari incipient et digitis cedunt.

Caput Vndecimũ fen quartæ, De vomitu.

Qui



Vi propter ſuam naturã minus ad vomitũ duci debent, ſunt quidem omnes qui anguſtum thoracẽ, vicioſamq; reſpirationẽ habent, ſanguineoq; ſcreatui parati, et quicũq; collũ obtinent gracile et quorũ guttur abſceſſibus facile corripitur, ventriculumq; imbecillum habent atq; admodum obeſi, his enim alui purgatio debetur. Macilẽtis vero vomitus magis conuenit ob eorum bilioſam naturam. Qui vero ob cõſuetudinem vomitum euitarẽ debẽt, ſunt quotquot vomitum moleſte ferunt vel inſueti, nam ſi validis vomitiuis medicamentis ii euomuerint ociſſime venæ mẽbrorum reſpirationis ſcindentur, et in phtiſim corruent. At ſi res fuerit ambigua, fiat periculum leuibus vomitiuis et ſi facile fert, poterit deinceps fortioribus uti velut veratro et id genus aliis.

Verum ſi aliquis cui vomitus plane prohibetur ipſum euitare non poſſit is præparandus & ad conſuetudinem

ducẽdus est, alimenta lenia atq; pinguia & fluida ei exhibenda sunt, & a deambu lationibus quiescere debet, & postea uo mitus fiat, pinguiaq; ac oleaginosa cum vino bibat, & ante uomitũ optima edu= lia comedat, præsertim si cum difficulta te euomat, nam fortasse non euomet, na tura id recusante quod quidem melius ẽ bono q̃ malo cibo adhibito, cũq; post ci bum quẽ pro uomitu futuro assumpsit euomuerit comedere differat, donec fa= mes increuerit sitimq; mitiget, uelut cũ syrupo de pomis sine aqua et absq; iulep et syrupo acetoso, hæc enim nauseã in= citant, cibus quoq; qui ei debetur est pul lus gallinaceus preparatus cum iusculo (quod arabes adrabagi nominant) & po stea bibat tres cyathos. Quicũq; aũt aci= da præter cõsuetudinẽ euomuerit, in pul su quoq; aliquid febris apparuerit differ re debet cibum usq; ad meridiẽ, antea ta= men aquam rosaceam calidam bibat, qui uero atrã bilem euomuerit, spongia ace=

to

to calido madefacta, uentriculo superpo nenda est. Cibus præterea eius qui uomitum facere decreuit debet esse uarius, q̃= niam si unicus tantum fuerit cibus, for= tasse uentriculus eum amplectetur & re cusabit reddere, post uomitũ adhuc hu= mectatiuum satius erit comedere auũcu lus & columborũ pullos uolantium, nõ tamen ossa extremorum eorum, grauia enim sunt, ac tarde ea uentriculus conco quit. Ad balneas quoq; se trãsferre debẽt Cũq; uomitiuũ medicamẽtum biberint currere ac deambulare laborare ue debẽt mox euomant idq; in meridie. Ante ue= to uomitum debet oculos linamẽtis ad= hibitis ligarĩ, uẽtrẽq; ualde leniter fascia obuoluere. Et q̃ ad uomitum parant sũt eruca radicula q̃ estur & eduliũ ex pasta confectũ, quod itria uocatur, & origanũ montanum recens et cepa & porrum & aqua ordei cum suo sedimento et melle et edulium ex faba confracta confectum uinumq; dulce, amigdalę quoq; ex melle

& id genus alia, et repletio ex pane azimo oleo præparato, et melones, & cucumeres, eorumq; semina aut aliquid ex eorum radicibus aqua maceratis contusis, et suo modo dulcoratis, itidem et hermodactylus. Ille autem qui vinum ut euomat biberit, non debet post paucam eius q̃titatem sed post multam id facere. Zythus quoq; (quod phoca arabes vocant) si ex melle post ballnea bibatur, vomitũ atq; aluũ mouebit. Ad hæc vomiturus non debet ante vomitũ fortiter mandere quæ comedit. Cæterum qui validũ medicamentum vomitiuũ bibere cupit vt veratrum illud ieiunus bibat, nisi aliquid obstet transactis duabus horis diei, reddito prius alui excremẽto, quod si pẽna vomuerit bene est, si uero aliquãtisper laboret & si id satis non sit balneũ ingrediatur, & pẽna qua vomitũ irritat debet oleo cyperi (arabes alcãnam dicunt) perungi et si exagitatio atq; molestia inferatur, bibat aquam calidam et oleũ oliuarũ

siue

ſiue ſoluat ſiue non. Ad id quoq; condu
cit calefacere uētriculū & extremas ptes
nauſeam enim inducit. Cūq; uomitiuū
medicamentum iuſto citius operari cœ-
perit qui euomit quieſcer̄ debet, optima
q; odoramēta olfacere extrema q; made-
facere,& aliquid aceti bibere,& mala at-
q; citonia cū pauco maſtiche ſumat. Nec
te lateat motum magis,quietem uero mi
nus vomitum inducere. æſtas præterea
ad vomitū tempus eſt maxime accōmo-
datum,proinde ſi quis corporis natura-
lem habitū ad uomitū minime propenſū
habeat,eo tamen indiget æſtate tutius ei
cōceditur. Remotior quoq; terminus à
quo uomitus fit, quoad primā expurga
tionem eſt ventriculus etiam ſine inteſti
nis. Sed quoad ſecundam purgationē
fit à capite & reliquis partibus corporis
Attractio uero & exquiſita eradicatio
ab inferis fit partibus. Vtilem autem
vomitum ab inutili diſcernes ſi eum
alleuatio excipiat & optima appetentia

atq; respiratio, pulsus optimus, itidem et alię uirtutes respondeant, & quod a nausea initiũ sumpsit. Solet autem magis uomitus offendere, quem uentriculi morsus uehemẽs comitat̃ & exustio, si medicamentum fuerit ualidum, ut ueratrũ q̃d cum sumitur, incipit primo effluere saliua, deinde subsequetur eã uomitus multę pituitę & excretiones, postea uomitus fluens ut sputũ, morsus autem atque dolor manent, neque in alios casus permutantur, præter ipsam nauseam & eius molestiam, fortasse tamem uenter soluetur, mox hora quarta incipiet quiescere, & ad requiem vergere. Vitiosum autem illud est, ubi uomitus nõ paret, molestiaq; augeatur, tentio quoq; ac oculorum prominentia, & eorum uehemens rubor sudor exuperans uox intercepta, nam si quis his afficiatur & non succurratur ei ad interitum deueniet. Corrigitur autẽ id clysteri & potu aquæ mulsæ atq; tæpidæ aquæ, & oleorũ antidoti uim obtinentiũ

obtinentium ut est oleum de lilio, & coꝛnetur ut uomitus prouocetur, quoniam si euomuerit non suffocabitur, ad clystẽrem autem apud te præparatum conuerti debes. Porro uomitus maxime ualet in diuturnis morbis ut est aqua intercus & morbus comitialis & atra bilis & lepra, podagra & coxendix. At licet uomitus multa adferat iuuamenta, morbos tamen nõnũꝙ parere solet ut auditus grauitatẽ. Nec uenæ sectio uomitui cõiungenda est, sed in tertium diem differẽda, præsertim si in ore uẽtriculi humor affuerit. Multotiens præterea uomitus redditur difficilis, ob humoris tenuitatem quo fit ut crassior reddendus sit sumendo farinam granorum mali punici tosti. Scire adhuc debes ꝙ si post uomitum excernatur per aluũ corruptum excrementum, significatur nauseatiuam satietatẽ expulsam fuisse deorsum. Vomitus aũt post alui deiectionẽ significat ex alui accidentibus id fieri, & cõmodius tempus

ad vomitum est æstas propter eius rarita tem. Valet præterea uomitus ad mẽbrorũ soporẽ, nocet tamẽ oculis. Prægnantẽ quoq; mulierem ad uomitũ ne ducas, nã excremẽta corporis ipsius nõ expellunt per eum, uomitus autẽ ac labor eã in perturbationẽ ducunt, ideo sistat. Quibuscũq; uero aliis uomitus acciderit opitulandum est.

Caput .xii. fen quartæ, Quid a uomitu agendum.



Vm uomitũ quis peregerit, faciem ac os aceto aqua temperato abluere debet ut grauedo q̃ forte capiti illata est remoueat & de mastiche aliqd deuoret ex uino malorũ, & cibũ ac aquæ potũ euitet, quiescereq; pseueret & partes precordiorũ iungat, balneũ quoq; ingrediat ac cito se lauet & egrediatur ab eo. Q; si a cibo abstinere nõ possit comedat aliqd delectabile bone substãtiæ facilis cõcoctionis.


Caput

Caput .xiii. fen quartæ, De uomitus iuuamentis.


Vbet Hip. singulo quoqȝ mēse uomitū fieri duobus diebus cōtinuis, ut secūdo die suppleatur id quod prima deficit aut difficilè fuit et ut id q̄d ad uētriculū tractū fuit egrediatur, pollicet̄ enim Hip. hac rōne sanitatē cōseruari. Sed malū ē eū crebrius repetere. Hmōi præterea uomitus pituitam ac flauā bilem euāat uentriculūqȝ expurgat, nihil enim aliud ventriculū natura purgat, ut fit intestinis quæ quidem à flaua bile ad ea effusa purgant̄, remouetqȝ grauedinem capiti euenientem visumqȝ acuit, nauseatiuam satietatem pellit, & illi in cuius ventriculum bilis quæ cibum corrumpit effunditur opitulatur, nā præcednte uomitu cibus repurgatum stomachū reperit ꝓhibebuntqȝ ventriculū ab abominatione rei pinguis, vereqȝ appetentie deiectionē tollet, & ne acuta et acida atqȝ acria desideret & cōfert lassitudi

corporis ac ulceribus renum & uesicæ ē quoq; præsentaneum remedium morbo elephanti & uitioso colori morboq; comitiali a uentriculo prouenienti morbo ue regio ac orthopnee tremori ac resolutioni, estq; remediū efficacissimū illis q inpetigie laborant. Debet autē semel aut bis in mense post repletionē ministrari, non obseruato aliq statuto circuitu, neq; numero dierū certarū. Vomitus deniq; magis ei conuenit qui natiuo temperamento biliosus ac macilentus est.

Caput xiiii. fen quartæ, De nocumentis uomitus qui modum excedit.



I uomitus modū excedat procul dubio nocebit uentriculo, eumq; debilitabit atq; dissoluet & ut materiæ ad eū tendat propensiorē reddet, thoraci quoq; ac uisui, dētibus, doloribus capitis diuturnis nisi per ventriculi cōicationem id fiat satis officiet, Sed et morbo cōmitiali qui

ex

ex capitefit nocet,& nō propter inferna pulmonis&mendicus quoq; vomitus epar scindet venas, sūt tamen&c. Forte aliquas to repleri cupiunt, et cum nō possunt tu ferre ad vomitum se conuertunt, quod quidem negociū in pessimas ægritudines diuturnas eos ducet. Debent igitur repletionē cauere cibūq; ac potū equare.

Caput .xv. fen quartæ, Quonam pacto ꝓuidendū sit casibus qui uomēti accidere solent.



Væ uomitum prohibent abunde a nobis dicta sunt tentioni uero ac dolori sub præcordiis euenientibus satis confert calefacere ea fomentis aquæ calidæ madidis adhibitis,oleisq; lenientibus,cucurbitulisq; ignitis. Morsum uero ualidum qui in ventriculo relictus est tollit potus iuris pinguis facilis concoctiōis locumq; oleo uiolaceo iungere admixto oleo ex

uiolis luteis seu albis q̃ cheiri ab arabibus uũcupaſ cõfecto ex pauca cera. Sed si singltus accidat & p...mulsa mitigaõe ac calid... uero vomitu, iã in sermone nocumentorũ uomitus egimus. Tẽtioni uero (quã tetanũ uocant) ac morbis frigidis ac sopori uocicꝫ intercepte q̃ uomitum subsequi solet succurritur extremorũ deuictione atcꝫ forti frictione ventriculicꝫ calefactione ex oleo oliuarũ in quo decocta sit ruta & cucumeres siluestres (qui elaterium dicit̃) & potu aquæ mulsæ ex aqua calida q̃ remedio utatur ille qui sopore correptus ẽ in eiuscꝫ aures immittatur.

Caput .xvi. fen quartæ quid agendũ ubi vomitus modum excesserit.



S dormire debet omnicꝫ industria somnus conciliandus est extremacꝫ deuinciẽda sunt ut in aluo sistenda facimns, ventriculo

triculo quoq; remedio est admouere em plastra uim astringẽdi habẽtia, cõfortã tia. At si uomitus immodicus fuerit, & adeo expulerit ut sanguis euacuetur, tũc potu lactis ex vino mixti, quattuor coty larꝝ quãtitate (seu sextariorũ) id ꝓhibea tur, nã hoc lesionẽ medicamenti uomito rii hebetat sanguinẽq; ꝓhibet ac aluum mollit. Qđ si præterea partes thoracis et ventriculi a sanguine expurgare cupie ris ne coaguletur, syrupũ acetosũ niue in frigidatum sensim ei propinabis. Et ali quando ad id ualet potus succi portulace ex gleba armena. Ad si medicamẽ quod excrementa uentriculi per vomitũ eua cuauit, modum excessisse metuis alio lo co petenda sunt remedia. Vomitoria ue ro medicamenta iuxta suos ordines & q̃ pacto quodlibet eorum propinari debe at, & præsertim helleborus ex cõmenta riis de compositione medicamentorum ac de materia simpliciũ medicaminum petendum est.

Caput.xvii.fen quartæ, De clysteri.



Lyster quidem est præstantissimũ remedium pro excremētis euocandis ab ipsis intestinis ac admitigandos dolores renum & uesicę eorumq́ apostemata,et ad ægritudines intestini coli,ac ad trahenda excrementa 'a membris principibus supremis. Verum acres clysteres epar debilitant febrimq́ pariunt,ualēt præterea clysteres ad discutiēdas reliquias quæ post euacuatiōes relinquunt, forma uero clysteris & quo pacto fieri debeat iā in tractatione de dolore colico nobis explicatum est. Melior autem situs quo uti possit qui clysterem recipit est ut supinus iaceat deinde supra partē doloris accubat. Tempus uero cōmodius est quando äer frigidior existit, uidelicet ateq́ grauedo molestia perturbatio ac animi deliquiũ inualescat. balnei aũt natura est humores rxcitare eosq́ dissipare. Clysteris uero eos trahere qui retenti sunt iccirco ut

plurimũ

plurimum non iuuat preponere baleum clysteri. Et si quis intestina habuerit uulnerata indigeat tamen clysteri siue propter febrem siue ob aliam ægritudinem et timeat ne clyster retineatur, is procul dubio debet sedem ac vmbilicũ aliasq́ partes circunstãtes milio calido calefacere.


Capur .xviii. De linimentis



Nter remedia quæ essentiam morbi attingunt est linimentũ quandoq́ autem medicamentum ipsum geminas obtinet uires, tenuem videlicet ac crassam, verum quæ tenuis est magis desiderat q̃ crassa. Q2 si crassities eius tenuitati equetur cũ fiet emplastrum pars quidem eius tenuis penetrabit, crassa vero retinebitur, acquiritur aũt iuuamentũ per id quod penetrat veluti solet efficere coriandrũ, cũ fit ex eo & polenta emplastrum ad strumas (scrophulas dicũt.) Emplastra tamẽ

linimentis similia sunt uerum emplastra sunt crassa tenatia, linimenta uero fluida. Multotiens quoq; linimenta admouentur ex frustis pāni. Cum igit̄ mēbris nobilibus uelut iocinori & cordi imponuntur si huiusmodi pānus ex cruda aloe suffitus fuerit. sumopere iuuabit uiribusq; linimentorum odoratā uim præstabit prout res exposcet.

Caput. xix. fen quartæ, De embrochis seu irrigationibus.



Mbroche quidem præstantissima præsidia sunt ubi desiderat̄ ut a capite & aliis particulis aliquid dissoluatur, ac ubi nēcessariū est tēperaturam aliquam permutare. Quod si aliqua mēbra postulant irrigationem calidā & figidā si eo nō cōfluāt excremēta primo quidē calidā irrigatiōē mox aquā frigidā admouebis ut robur illis inferat̄ Qđ si cōtra res se habeat, tūc ab aqua frigida incipiendum est.

Capuᵗ

CAPVT XLVI

Caput [illegible] tæ, De uenæ sectione



VEnæ sectio ẽ euacuatio uniuersalis quæ plenitudinẽ euacuat & ipsa plenitudo est humorũ generatio in venis, maior q̃ sua mediocritas exposcat. Vena autẽ incidi debet duorũ alteri, nempe vel illi qui ægritudinibus obnoxius est, in quas corruet si eius sanguis multiplicetᷣ, vel q in eas iam incidit, horumq; vtriq; vel præ sanguĩs exuperantia vel præ eius malitia aut propter utrunq; vena secatur. ægritudines vero quibus ille paratus ẽ incurrere sũt coxendix & podagra si sanguinee eiuscemodi ægritudines fuerit dolorq; articularis qui'a sanguine est & sanguinis screatus cum accidit alicui propterea q in eius pulmone, aliqua venula rupta fuerit parum admodum conglutinata; quæ quidem scindetur si sanguinis vel minimum augeatur.

Ad hæc qui parati sũt ...
comitialem & attonitum (quẽ apoplexiam nũcupant) ac atrã bilem ex sanguis redundãtia & genera anginæ uiscerũ φ abscessus atφ calidas lippitudines (quas ophthalmias dicunt.) Is etiã cui sanguis hemorroidarum qui consueuit effluere, suppressus est ac mulieres quibus mẽses restricti sũt venæ sectione indigẽt. Horũ tamen duorum color non indicat necessariã esse venæ sectionẽ, ob eorũ squallidum obscurum colorem albumφ atφ citrinum. Porro qui membra intrinsecus imbecillia ex calida temperatura obtinẽt his ꝓfecto satius est tempore veris sanguinem detrahere etsi nondum in huiusmodi morbos inciderint. Item percussis vel alto delapsis sanguis demẽdus est ad præcautionem, ne in eis apostema oriatr. Adhuc aliquo apostemate laboranti de quo ne ante maturationem rumpatur uereatur sanguis detrahendus est, etsi uenę sectione non indigeat neφ ulla adsit redundãtia.

dundantia. Scire quoq; debes q si in hu-
iuscemodi morbos nondum quis incide
rit, timeat tamē ne eis corripiatur tutius
ei concedi venæ sectionem. Sed si in eos
iam lapsus fuerit tum in eorū principio
penitus abneganda est, attenuat enim ex
crementa per corpusq; ea permanere fa-
cit & sanguini integro ea quoq; admis-
cet, immo nihil forte oportuni euacua-
bit cogetq; uenæ sectionē nō sine noxa
repetere ubi vero cōcoctio apparuerit et
principium atq; uigor iam transierit, tūc
si venam secare est necessarium & nihil
prohibeat secetur. Atqui nec venæ inci-
sio nec euacuatio est facienda in die mo
tus morbi. est enim dies qua tum requies
tum somnus induci debēt in eaq; ipse af
fectus incitatur. Cunq; ægritudo habue
rit iudicia (quæ crises appellantur) ac lō
gi fuerit spatii, haud quaq; debet multa
quantitas sanguinis euacuari īmo si fie-
ri potest quiescat sin minus parce fiat sā
guinis detractio et sanguis qui per venæ

ſectionem detractus eſt ſuppleatur cor=
pori ſi poteris, robur ꝗuirium cuſtodias
in iudiciorum pungnam. Et ſi quis iam
diu non eſt uſus uenæ ſectione & in hye
me laſſitudine corporis moleſtetur, ei ꝑ=
fecto uena incidēda eſt & ſanguis ad uir
tutem roborandam reſtituendus. Cæte=
rum uenæ ſectio trahendo ad contrariũ
alluum ualde aſtringit. Porro cũ ex co=
pioſa ſanguinis miſſione vires imbecil=
liores redduntur multi humores uitioſi
inde gignuntur. Animi autem deliqium
quod ſyncopis uocatur, accidit quidem
initio uenæ ſectionis quia quod inſuetũ
eſt obuiat præcedente tamen uomitu id
prohibetur. Itidē efficit uomitus factus
dũ accidit ſyncopis. Nec te lateat uenæ
ſectionem perturbationem excitare do=
nec quieſcat. Dolor adhuc colicus raro
cum ſanguinis miſſione cōplicari poteſt
Grauidis præterea ac quibus menſtrua
redduntur non conceditur uenæ ſectio
niſi mangna emergēte neceſſitate ueluti
ſi

si necessarium sit magnũ sanguinis ex-
creatum sistere si uires cõsentiant. Scire
adhuc debes nõ requiri semper uenæ se-
ctionẽ ubi adsint signa repletionis præ
dicte imo fortasse erit repletio ex crudis
humoribus & tunc sanguinis de tractio
ualde nocebit. Quoniam si uenam secu
ris non fiet concoctio & uerẽdum est ne
æger pereat. Ille præterea in quo atra bi-
lis superat nihil offẽdetur si uena ei scin
datur & postea purgatione euacuetur.
Sed ipsum colorem inspicere debes, sub
conditione quam dicemus tentionemq́
animaduertere nam si tentio per corpus
expandatur ipsa coniectura docebit ue-
næ sectionem esse necessariam. Sed si
sanguis eius optimus paucus fuerit &
in corpore multos humores uitiosos ha
buerit, tunc sanguinis missio bonum
tollet & vitiosum relinquet. Sed si quis
paucũ & malũ obtinet sãgĩnẽ et ad aliq̃d
mẽbrũ se cõuerterit ita ut illud ualde of
fẽdat, nec a uenæ sectiõe excusari possit,

mi deliqium infert,& ad purgationẽ magis facit,ad cõglutinationẽ uero tardior est,cõmodior autem est illi cui ut mũdificetur uena secatur,atq; pinguibus, itidem tempore hyemis latior cõmodior est ob sanguinis coagulationem, æstate uero angustior si ea indiguerit. Cũq; uena inciditur iaceat supinus, huiuscemodi enim situs est ad uirtutem custodiendam aptior,nec in animi defectum incurret. In febribus aũt uehementis inflãmationis,nõ est uenæ sectio admittẽda,nec initio cuiusuis febris non acutæ neq; in diebus circuitus, ubi præterea in febribus cõuulsio associatur raro debet cõcedi uenæ sectio, quamuis uideatur esse necessaria quia conuulsio uigiliam atq; sudorem affert uiresq; deiiciet, idcirco relinqui debet sanguis qui sit pro tempore necessitatis paratus. Itidẽ in febribus nõ putridis si sanguis mittatur sit exiguus ut ꝑ febrium resolutione sanguis promptus dimittatur. Qđ si febris non fuerit

post quadragesimum, & hæc est sentẽtia Galieni, quamuis apparentibus ueris indicationibus satius erit eam ꝙ citissime ãticipare. Quod si id quod conueniebat neglexeris tũc quocunq; tẽpore poteris uti uenæ sectione, dũmodo conueniat utere ea, consideratis tamẽ prius illis decem condictionibus iam dictis. Nonnũ ꝙ præterea fit uenæ apertio et si non indigeas ea in ipsis febribus, ut diminuta materia eam natura superare ualeat, ipsa tamen habitudine ætate viribusq; una cum reliquis, consentientibus. In febre uero ex sanguine pendente non potest euitari sanguinis detractio quæ in principio non exhuberans, tempore tamen concoctionis copiosa fiat. Sæpissime tamen recedit ipsa febris post sanguinis detractionem. Inhabentibus autem temperaturam immodice frigidã & in regionibus ualde frigidis & dũ dolor ẽ ualidus & post balneũ uires dissoluẽs

atq; post ueneris usum, in ętate quoq; minore quatuordecim annorꝝ euitanda est uenæ sectio quoad fieri poterit, in ætate senii quoq; quātum fieri poterit caue ne sanguinē e uena mittas, nisi forte in corporis habitu ac musculorum dēsitate, uenarꝝ amplitudine, earum plenitudine, ac coloris rubore cōfidamus. his enim hortantibus tam senioribusq; pueris potest concedi. Iuniores uero parca sanguinis subductione paulatim ad id duci debent At quicūq; supra modum sunt obesi uel macilenti aut carnis raritatem obtinētes & pituitosi tumidiores, & pueruli qui sunt sanguinis expertes his uenā incidere quantum possibile est caue, & qui diu ægrotauerint nō sine maximo discrimine sanguinē detrahere licet, nisi forte in his sanguinis corruptio id hortaret̃, tūc enim potest sanguis mitti, & illum inspicere debes, qui si niger crassusq; fuerit eū extrahe. Sed si eum album tenuem uideris claude statim, quoniam maximū periculum

culum afferet. Poſt cibi repletionẽ q̃q̀ cauẽdum eſt uenam incidere, ne humor incoctus ad uenas trahatur loca rei eua-cuatę, quod quidem obſeruãdum adhuc eſt uentriculo exiſtẽte repleto, ac inteſti nis, excremento ſicco concocto uel fere concocto abundantibus. Sed quod in ip ſo uentriculo & ſibi annexis exiſtit uo-mitu euacuare ſtudeat, ab inteſtinis uero inferioribus ut fieri poterit etiam ſi cly ſteri id fiat. Porro qui faſtidio laborat caueat uenam aperire ſed differt donec eius ſatietas cõcoquatur. Caueas etiã ne uenam incidas eius qui acumẽ ſenſus uẽ triculi uel imbecillitatem & generatiõe bilis ĩ ipſo uẽtriculo infeſtari ſolet, is ca uere debet ne à uenæ ſectione incurrat periculum, & præſertim dum eſt ieiu-nus. Eum autẽ qui acumẽ ſenſus oris uẽ-triculi obtinet, cognoſces, quia à rerum mordicantium deuoratione moleſtatur. Qui vero imbecillũ ipſum habet, eo q̃d ipſam quoq̀ appetentiam habet imbecil

lem, doloresq́ꝫ uentriculi patitur. At cuius orificium uentriculi choleram recipit, vel solet sæpissime in eo generari, ex assidua nausea, ac frequẽtissimo bilis uomitu, nec non ex eius oris amaritudine id dignoscere poteris iis inq́ꝫ si uena feriatur, non habita præcautione prius ad oris uentriculi confortationem, in maximum incurrent discrimẽ, & forte aliqui eorum mortem subibunt. Quo circa si quis acute sentit, vel qui imbecillioris uẽtriculi est, debet sumere frustra panis purissimi musto cocto acetoso odorato pfusa. At si ea imbecillitas a frigido temperamento proueniat, tunc debes ea perfundere, aqua muscata (quã such vocant arabes) cũ aromatibus, aut syrupo de mẽta odorato in quo muscus ingreditur, aut miua muscata, deinde uena secetur. Ille uero in quo bibis generatᷓ, debet uomitũ aqua calida liberalissime epota prouocare, ex syrupo acetoso deinde aliqd degustare, parumq́ꝫ quiescere, mox uenã

secare,

ſecare, oportet autem uti omni diligen- tia, vt id quod de optimo ſanguine dep- ditum eſt reſtituatur, veluti carne ſuper carbones aſſa ſi robuſtus fuerit, quãuis ſit is cibus ſatis grauis, nam ſi concoqua tur in multum ac optimum conuertetur alimentum, debet tamen eſſe id exiguæ quantitatis, quia venæ ſectio imbecillẽ reddit ventriculum, porro quandoq; in- cidũtur venæ, vt profluuium ſanguinis e naribus vel utero aut ſede vel ex thora ce prohibeatur, aut ex aliquibus uulne- ribus, ut ipſe ſanguis ad oppoſitam retra hatur partem, hoc enim eſt præſentaneũ remediũ, foramen autẽ debet eſſe ualde anguſtum, uiceſq; debent pluries iterari non tamen eadem die (niſi urgente ne ceſſitate) ſed alternis diebus, & quali- bet uice minor fiat detractio, & ut ſum matim dicam, pluribus uicibus ſangui- nẽ detraher̃, ſatius ẽ, q̃ multiplicar̃ quã- titatẽ, ferire præterea uenã, cũ nõ fuerit

necessarium, bilem incitat, ariditatemq́ linguæ relinquit & alia id genus, cui rei succurrẽdũ est, aqua ordei ex saccaro & si quis sanguinis missionem repetere uo luerit, & ex priori uenæ sectione, nullũ cõuulsionis nocumentum sequutũ fuerit, vel aliud simile, uenam manus p lõ gum debet incidere, vt motu artus phi beatur conglutinatio & dilatetur. Sed si adhuc dubitaueris ne celerrime coalescat, tunc pãnum oleo, & pusillo salis ma defactum superponas, qui superligetur, porro, si quũ uenam apueris scalpellũ p unxeris, uelox quidem cõglutinatio pro hibebitur dolorq́ mitior erit dũmodo le niter, oleo uel alio simili superinungat, aut ipso oleo madefiat deinde panno de tergatur. Dormire insuper inter uenæ sectionem, & iterarionem, foramen coalescere celeriter cogit. Nec obliuioni tra das. quod diximus solutiuam euacuatio nẽ in hyeme, diem austrinã desiderare, idem enim expostulat ipsa uenæ sectio,
foramẽ

foramen præterea uenæ ſectæ, deliranti um & ſtolidorum, ac eorũ quibus noctu tempore ſomnii, ſanguis ĩmittendus eſt debet eſſe anguſtum, ne ſanguinis ꝓflu-uiũ inducatur. Identidem cui nõ eſt ne-ceſſaria iteratio, fieri debet. Nec te lateat iterationem eſſe tardandã, iuxta magni-tudinem imbecillitatis. Quod ſi nulla af fuerit imbecillitas eius terminus eſt una hora. At ſi per huiuſmodi ſanguinis miſ ſionem intendimus attractionem facere tunc eius terminus erit unus dies. Obli-qua autem uenæ apertio, illi qui eadem die, ea uero, quæ per latitudinem, illi qui ſtatim eam iterare propoſuit, conueniẽ-tior eſt. Sed quæ per longũ fit, magis cõ uenit illi, qui non eſt contentus una tan tum iteratione. & illi qui ꝑ multos dies, quottidie uult de ſuo ſanguine aliquid detrahere, & quanto uenæ apertio maio rem intulerit dolorem, tanto tardius cõ-glutinabitur. Porro quũ per iterationẽ uberrima fit euacuatio, affert animi deli

quium nisi forte corpus ad plethoriam declinet, aut ille cui iteratio fit, aliquid præassumpserit. Inter nenæ apertionē præterea & iterationem, dormire, excrementa cum sanguine expelli prohibentur, cum humores per somnum ad imam partem corporis retrahantur. Inter cætera autem iuuamenta iterationis unum ē uidelicet, ꝙ vires illius cui sanguis mittitur conseruantur, ac euacuatio ei conueniens perficitur. Melior uero iteratio ē quæ duobus aut tribus differtur diebus. Ad hæc illico à venæ sectione, dormire lassitudinem membrorum inducit. Balneum quoq; ante uenæ sectionem fortasse reddet eam difficilem, quoniā cutim crassionem ac leniorem efficit, eamq; lubrico lapsui parat, nisi is crassissimū habuerit sanguinē. Ille præterea cui uena secatur, non debet unica uice tantum cibo repleri. Sed sensim cibari, & ī primis tenui uictu uti. Neq; post eam quoq; deambulare debet. Sed supinus iacere, nec

post eam etiam debet vti balneo dissol- uente. Et cum ex uenæ sectione, manus intumuerit alterius manus uena secari debet & quantum vires ferunt sanginē extrahere, & tumori unguentum cerusæ admoueatur, & partes circumiacētes, re mediis uehementer frigidis liniantur. Si quis præterea abundantiam humorū habuerit & ei uena fereatur, ipsa quidē venæ sectio erit causa irritationis illorū humorum velocisq; motionis ac mixtio nis eorum, indigebitq; frequenti venæ apertione. At hæc sanguis melancolicus frequentem desyderat venæ sectionem, quam statim alleuiatio excipit. In sene ctute tamē aliquas postea inducit ęgritu dines ut morbum attonitum (apoplexi am vocant) porro venæ sectio sæpissime excitat febres. Sæpissime tamen putre- dinem dissoluit. Cuicūq; præterea sa- no sanguis detrahitur assumendum est id quod in tractione de uino prædictum est. Nec te lateat, nihil aliud q̃ venas

vel arteries in corpore aperiri, ſed arteri as rarius, idq; non ſine diſcrimine ob ſanguinis profluuiũ, & raro generat apoſtema, & id quidem quũ ſciſſura fuerit ualde anguſta. uerum cũ non timemus ſanguinis profluuiũ arteriæ, ſummopere iuuat in quibuſdã ægritudinibus particularibus, propter quas inciditur ipſa artèria, præcipuum autem iuuamentum, q̃d ex arteriæ inciſione acquiritur, ẽ ubi in aliquo membro ei uicino aliquæ malignæ ægritudines fuerint, quæ à ſanguine tenui calido dependent. Si igitur incidatur arteria illi uicina nullo iminẽti periculo, tunc ſumopere opitulari uidetur. In manu autem ſex uenæ inciduntur uidelicet capitalis (quem uocãt cephalicã) & media (quam nigram appellant) & iecoraria (quæ baſilica nuncupatur) & funis brachii, & quæ inter ãnularem & minimũ digitum intercurrit (quam uocant arabes ſceilem.) Et axillaris, quæ eſt ramus iecinorinæ, ſed inter omnes cephalica

lica eſt tutior. Et quęlibet illarum trium debet ſupra angulum cubiti brachii inci di non infra, neq; e regione ipſius, ut ſan guis poſſit cõmode egredi quum deſtil- lat. Nocumentaq; neruorum atq; arteria rum tutius euitant̃, itidem de cephalica intelligi debet, Inciſio tamen earũ per lõ gum tardius conglutinatur, quoniã ſunt articuloſę, in non articularibus uero res oppoſito modo ſe habet. Sed vena coxẽ dicis ac ãnularis & reliquæ venæ debent per longum incidi. Cephalica aũt debet incidi infra caput muſculi in loco mol- liori, & foramen amplum fieri. Nec fo- ramen foramini addatur, quoniam apo- ſtema parit. Et ſi quid erroris cõmitatur in uenæ cephalicæ ſectione, vt plurimũ id non committitur unica tantũ percuſſi one quantũcũq; fuerit magna. Sed læſio ex iteratis percuſſionibus infertur. Eius uero ſectio quæ tardius coaleſcit, eſt illa quæ fit per longum. Quod ſi ſectionem te iterare cogitas, dilata foramẽ, & ſi nõ

inueniatur, queratur aliquis ramus partis exterioris brachii. At media uena, ob neruum sub ea existētem periculum minatur. Nonnūꝗ tamē inter duos neruos iacet, & tunc oportet uti omni diligētia ut per longum incidatur, eiusꝗ sectio uenam leniter perstringat, & fortasse super ipsam extabit aliquis neruus tenuis instar chordæ intētus, quæ quidem res dignosci debet, & caueri ne percussio eū offendat, quoniam diuturnā sensus destructinnem pariet. At qui neruos crassiores obtinet, is ramus in eo manifestior ēst, in quo si error cōmittatur erit maioris nocumenti, quod si error cōmittatur & percussus fuerit ille neruus, non agglutines sectionem uenæ sed admoue ei, quod cō gltiuationem cohibeat, & cura eam curatione uulnerum neruorum, dequibus iā in libro quarto fecimus sermonem.

Caue præterea ne quod infrigidet, ut est succus solani & sandalū ei admoueas,

ſed eius partes totumq; corpus calido o-
leo perungas. Venam aũt funis brachii
ſatius ẽ in obliquũ ſecare, niſi utriq; ſub
terfugiat, tũc enĩ in lõgũ incidat. Baſili-
ca uero maxĩo cũ diſcrimine ĩcidit, ꝓpte
rea ꝙ arteria ac muſculi neruiq; ſub ea
exiſtũt, animaduerte igit in eius inciſio
ne, qm̃ ſi ĩcidat arteria vl' nullo modo, ul'
cũ maxima difficultate ſanguis ſiſtet, ſũt
præterea aliqui habẽtes utriq; circũ baſi-
licã duas arterias quarũ ſi una deſcribat
exiſtimatur eſſe in tuto, cũ tñ forte feriet
altera. Id aũt animaduetẽdũ ẽ, & cũ ligat
apparebit ibi ut plurimũ tumor vel arte
riæ, quãdoq; vel baſilicæ, ſed utcũq; fue
rit debet ſolui deligatura tumorq; blãdi
ter pungi, deinde iterũ ligare. Qđ ſi iterũ
tumor redeat, tu q̊q; iterũ redi ad idẽ, & ſi
id nõ ſufficiat, nõ erit ĩ utile ſi baſilicã di
mittas, & ramũ q dicit axillaris q ad ĩter
nã ꝑ tẽ brachii ĩfra exiſtit ĩcidas, mł'oties
q̊q; tumor auget, & multoties ligatura ſe
dat pulſũ arteriæ, eãq; eleuat et attollit &

prouena reputatur, & inciditur, cũq; ali quam ligaueris uenam & ex huiusmodi ligatura appareant super ipsam ueluti lẽ ticulæ & cicera, tũc quod de basilica diximus idem hic agere debes, Basilica insuper quanto inferius ad brachium eam incidas, tãto tutius est. Scalpellum autem debet per uenam procedre uersus opositam partem arteriæ, & error qui in basilica comittitur, non est ratione arteriæ tãtum. Sed quia sub ea est musculus & neruus, & eorꝝ causa error cõmittitur ut iã paulo ante diximus. Iudicium uero quo dignoscere possis errorẽ fuisse cõmissũ in basilica & fuisse percussam arteriam, ẽ quia sanguis tenuis egreditur flauus & quodã ueluti saltu eiaculatur, leniq; ac demisso quodam tactu, & tunc debes celeriter aliquid inforamẽ intromittere uelut pilos leporis ex aliqua portione thuris in puluerem redacti, & achilleã sideritem (quam supercilium ueneris, & sanguinem draconis uocant) & aliquid aloes

& mirræ

& mirræ & chalcitidis & mysi, et asperge re cum aqua frigida quantum poteris, lo cum autē incisionis arcte liga, qua astri cta non soluatur per tres dies, post tertiū uero diem adhuc debes obseruare, quan tum poteris, ut emplastra astringentia ei parti adhibeātur. Multi tamen sunt qui illam arteriam penitus secant ut uena cō uellatur & carne cooperiatur astringatq́; sed complures ob sanguinis profluui um perierunt. Aliqui etiā ob uehementē dolorem ligaturæ cuius strictura ualida queritur ad prohibendum fluxū sangui nis arteriæ, ita ut membrum ad perditio nem deuenirit mortem subierunt. Nec te lateat q nonnunq́ sanguinis proflu uium accidit quoq́ in uenis.

Ad hæc scire debes, q uena humeralis ex collo & supra ipsum magis, infra ue ro, minus de sanguine euacuat, nec ter minum regionis hepatis ac partium præ cordiorū trāsit, neq́ de inferioribus pati bus aliquid educit, quod alicuius sit mo

menti. Media prætera, commune habet iudicium inter cephalicā & basilicam, et ipsa iecinoria euacuat a partibus thoracis, quæ ad inferiora uergunt. Et brachialis similat cephalicæ, ea uero uena, quā sceilen uocant, dextra quidē ut aiunt doloribus hepatis, sinistra uero lyenis conferre uidetur, & ut debeat aptio eius tandiu dimitti, donec sanguis sua sponte sistat. Manus præterea eius cui uena secat debet calidę aquæ admoueri, ne sanguis facile retiniatur dum segnius fluit ut pluribus eorū quibus uena sceilen secat euenire solet, præstantior autē sectio ipsius sceilen est, quæ in longum fit. Axillaris uero idē est cū basilica iudiciū. At qui arteria, quæ in manu inciditur, est illa quæ super dorsum palmæ existit, quæ inter indicē & pollicē iacet, & est præsens remedium epatis ac septi trāsuersi doloribus antiquis, & Galenus refert se uidisse in somnio uirum dolore epatis laborātem, cui præcepit hoc, & ita fecit, unde sanatus

tus fuit. Secatur adhuc nonnunquam alia arteria, quæ magis hac ad internam partē palmæ declinat, quę quidem simile huic affert iuuamentum. Si quis præterea uoluerit e uena manus sanguinem emitter, & non potest, nequaquam uiolentam inuolutionem, ac delegationem, importune agat neque percussionem scalpello iteret, sed sic per diem vel biduum dimittat. At si cógatur percussionem iterare, eam quidem supra non infra primam iteret. Violēta autem ligatura apostema affert. Infrigidare quoque fasciam, eāque ex aqua rosacea vel aqua frigida humectare satis conuenit & cōfert, ligatura quoque nō di moueat cutē a suo loco nec āte nec post uenę sectionē. Valida pręterea deligatio in corporibus macilētis est causa inanitionis uenarum ac sanguinis retentionē sed in pinguioribus lenta non permittit apparere uenas, nisi ualida fiat.

Quidam quoq; eorum qui uenam inci=
dunt solent uti astutia ut dolor non per=
cipiatur, soporem manui ex forti ligatu=
ra inducẽdo per horam. Nonnulli tamẽ
scalpelli aciem oleo perungũt & hoc ut
paulo ante diximus dolorem mitigat, cõ
glutinationem q; remoratur. Cũ q; predi
ctæ uenæ in manu non apparuerint sed
rami earum, tunc manu præmi debent
fricando. Quod si cessante frictione
confestim eo fluxerit sanguis quod &
locus intumescat, tunc incidãtur, sin mi=
nus nequaq;. At cũ abluere uoluerit tra
hat parũ cutim ut foramen claudat, mox
suo loco eam restituat, fascia aũt optime
adhereat. Estq; cõmodior q̃ in orbem fit
inuolutio eaq; superinuolui debet. Cũq;
in foraminis orificio pinguedo apparue
rit, sensim intro reuocari nec abscindi
debet, neq; in his est adhibenda diligẽtia
ut fiat iteratio sine percussione. Huius
tamen negocii sententiã adhuc perficiã
in calce huius capitis, nam interloquen=
dũ

dũ de eo obiter in ſermonem incidimus. Nec te lateat ſanguinis aſtrictionem, inciſioniſꝙ ligationẽ, habere tempus ſibi ſtatutum, & ſi id diuerſum ſit, nam aliqs & ſi febriens fuerit, poterit ferre emiſſionem quandoꝗ aut ſex librarum ſanguinis, quidam uero & ſi ſanus, adhuc unius libre extractionem ſuſtinere nequit. Circa hoc tamẽ tria ſunt cõſiderãda, primo leuitas raritaſꝙ ſanguinis, ſecundo color eius, fortaſſe tamen faciet in maximũ incurrere errorem ſi primo tenuis ac albus egrediatur. At ſi ſigna plethoriæ ibi appareant & res ipſa ſectionem uenę expoſtulet non decipiaris. Quandoꝗ ẽt ſanguinis color fallit in habentibus aliqua apoſtemata, quoniã apoſtemata trahit ad ſe ſanguinem. Tertio uero pulſus quem haudquaꝗ negligere debes. Cũꝗ ſanguinis ipetuoſus exitus languere cœperit, aut color ſanguinis, uel pulſus ipſe mutati fuerint præſertim ad debilitatẽ tunc eum retine, itidẽ ſi oſcitationes ac

pandiculationes nauseaq́ acciderit. Quod si cito color aut impetus mutetur recurre ad pulsum, cui adhibenda est in hac re fides. Incurrunt præterea facillime in animi deliquiū, qui calidi sunt tēperamēti macilēti & corpore raro, difficilius uero qui temperaturam moderatā carnisq́ densitatem obtinent. Dicitur adhuc, quod qui secādæ uenæ artē profitetur, debet plura habere scalpella, quorū aliqua latiorē aliqua uero āgustiorē habeāt aciē. Quæ latioris sunt acuminis, uenis quidē fugientibus ac declinantibus maxime accomodātur, ut sūt uenæ iugulares. Is adhuc debet habere pillulā bōbacineā uel sericinā. Habeat quoq́ īstrumēta ad uomitū faciendum idonea, siue ex ligno siue ex pēna fuerint. Nec omittat habere apud se pilos leporis & medicamen aloes & thuris, folliculum musci & electuarium ac trochiscos de musco, adeo ut si accidat animi defectus, qui quidem in sanguinis missione maxime timorem affert, imo

immo forte mortem, festina igitur tunc intromittere glomum in os ipsius ac uomitum ꝓuocato, instrumēto illi negotio accōmodato, eumq́ꝫ folliculū odoret, aliquid quoq́ꝫ electuarii aut trociscorū de musco deuoret ut uires excitent. Quod si sanguinis profluuiū ex arteria ꝓueniat, festina replere foramē leporinis pilis medicamētoq́ꝫ aloes. Et raro accidit syncopis dum sanguis ægreditur, sed ut plurimum postq́ꝫ sanguis sisterit accider̄ solet, nisi forte plus iusto effluxerit. In febribus autem cōtinuis, ac in initiis attoniti morbi (apoplexiam uocant.) In anginis mangnisq́ꝫ abscessibus interimentibus ac ualidis doloribus uirtute existēti forti, ñ perterriaris si uideas syncopim accidere. Sed quoniam interloquēdum de uenis manus incidimus in amplissimam orationem de aliis negociis adeo ut & uenas pedis aliasq́ꝫ ommiserimus, ideo iustum iudico ad sermonem unde digressi sumus redire.

Dico igitur inter uenas pedis. Aliam quidem esse coxendicis, quae in extrema parte malleoli inciditur siue supra, siue infra ipsum deligandaque est pars suprema, uidelicet à crure usque ad foramen, strictéque deuoluenda, satius quoque est eam antea abluere, in longumque incidere. Quod si obscura fuerit, incidatur aliquis ramus eius, qui inter annularem & minimũ digitum existit. Incidere autem coxendicẽ efficacissimũ affert præsidiũ, & præsertĩ podagræ, uaricibus, morboque ælephãti, sed iterare eius incisionem difficile quidẽ est. Alia uero est ea uena (quã saphenam uocant) quae in interna parte malleoli locata est & magis quam coxendicis est euidens, hæc aũt ad euacuandum sanguinẽ, à membris, quæ infra hepar existunt, eũque à supernis partibus ad infernas euocãdum inciditur, & ideo menses uehementer citat orificiaque mariscarũ aperit, porro licet ratio ipsa dictitet sectionẽ uenæ coxendicis & saphenæ, iuuamentũ non

absimile præstare. Experientia tamen cō probatum est, longe efficacionē esse utilitatem incisionis uenæ coxēdicis in dolore coxendicū, & id forte propter eius rectitudinem prouenit. Venæ prættrea saphenæ sectio præstātior est, q̃ fit in obliquū ad latitudinē uergens. Alia adhuc est uena, q̃ in angulo genu existit nec eius præsidiū est mltū dissimile ab eo qđ saphenæ. Verū ad menses ciendos & sedis hemoroidarūq; dolores, præstantius q̃ saphenæ est remedium. Itē ē alia uena in postrema parte calcanei sita, q̃ ē ueluti ramus saphenæ, & ualet ad ea q̃ & ipsa saphena. Generatim aūt uenarꝝ pedis incisio, ad egritudines, q̃ fiunt ex materiis caput petentibus ac ex atra bile ortis ualet sed uires magis q̃ ea, q̃ uenarū manus debilitat. Ad hæc uenæ, q̃ in partibus capitis inciduntur, satius ē eas in obliquum incidere præter iugulares (guidez Arabes uocant.) Inter uenosa præterea uasa, q̃dam sunt uenæ, quedā Arteriæ. Vena

rum autem alia est uena frontis, quæ int̃ duo supercilia insidet, cuius incisio confert dolori capitis & præsertim in occipitio eius grauedini[que] oculorũ atq[ue] antiquo capitis dolori assiduo (cephaleã uocant). Alia uero est quę super caluariam sedet ad hemicarneam & capitis ulcera secta iuuat. Aliæ adhuc duæ sunt, quę apud utraq[ue] tempora extant reflexæ uenæ ac aliæ duæ in angulis lachrimalibus (cãtos uocant) q̃ ut plurimum, non se offerunt, nisi per gutturis suffocatiuã astrictionem, in quibus scalpellum nõ debet profundius agi. Quoniam forte ex ossis percussione affectus ille oriretur (quem aegylopẽ seu fistulã lachrymalẽ uocant) ex eis tamen exigua quantitas sanguinis distillare solet. Earum aũt sectio ad dolorem capitis ac hemicraneam, lippitudinemq[ue] diuturnam (quam obthalmiã uocant) ad lachrymarum distilationem, ad suffusiones, seu cecitates, ac ad palpebrarum scabiẽ, earumq[ue] ortum & ad nictilo

pam

pã satis ualet. Alie quoq; sunt tres uenæ exiguæ, q̃ ubi desinit exerema pars auris capillis coniuncta existũt, earũ autem ultima trium euidentior est, q̃ in initio suffusiõis & ubi caput recipit uapores a uẽtriculo secatur, & propterea iuuat ad aurium ulcera & occipitis & partis postremæ capitis. Galenus autem negat id q̃d nonnulli affirmant uidelicet, q uiri cõtinentes secant ambas uenas q̃ sũt post aures, ut uirile semen illinc abscindatur. Sũt & aliæ duæ uenæ iugulares q̃ ĩ principio lepræ & ualidæ anginæ incidunt & in respirãdi difficultate (dyspnoea uocatur) & in asthemate calido, & in uoce rauca, q̃ inest patientibus pulmonariam ægritudinem (quam ꝑipeumoniam appellant) & in mentagra, seu lichene, p̃ ex excessiuo calore sanguis ꝑuenit, ac ĩ lyenis affectibus et precordioꝝ. Et ut paulo ãte diximus hui͂oĩ ĩcisio debet fieri lãceola latioris aciei ligatura aũt debet fieri capite, ĩclinato ad oppositã ꝑtẽ sectionis ut uena tendat.

Inſpiciēdaq; eſt ea pars,q̄ eſt procliuior, cuius quidem pars oppoſita eſt inciden da,& obuolutio debet in latum, nō in lō gum fieri ueluti fit in ſaphena & coxen= dice, inciſio tamen debet in longum ca= dere. Eſt & alia uene,q̄ ē in extrema pte naſi(quam uocāt leporinam)& incidit pars extrema naſi bifida,q̄ digito pręſſa biſulca uidetur ibiq; perforetur. Sang= uis autem qui de ea fluit exiguus eſt, cu= ius sectio ualet ad lētigines faciei ob ſcu ritatemq; coloris,mariſcas,exāthemata, ſeu tubercula naſi ad eiuſq; pruritū, ue= rum aliquando inducit diuturnam rube dinem faciei, q̄ ſerpigini ſimilatur, qui= dem adeo per faciem expanditur,ut eius nocumentum maius ſit iuuamento. Ve næ uero,q̄ ſūt poſt aures ſub oſſibus emi nentibus e regione occipitii (Arabes ca ſaſa ea oſſa uocant)ſi incidantur, confe= rerunt lippitudini,q̄ ex tenui ſangine or tū habet ac diuturnis capitis doloribus. Alie inſuper ſunt uenæ quattuor, quæ

ſuper

ſuper labia iacent,binæ ſcilicet ſuper ſin gulo labio. Quarũ inciſio ulceribus oris ac faucium(Alcola Arabes uocant)nec non gingiuarũ earũ relaxationi, atq; ab ſceſſibus & hemoroidibus earũq; ſciſſu ris confert. Sunt & aliæ uenæ ſub lingua intra mẽtum, quæ ad anginas apoſtema ta tonſillarum(ſeu ut uocãt duarũ amig dalarum)incidũtur. Reperiuntur adhuc aliæ uenæ ſub ipſamet lingua, q̃ ad gra⸗ uedinem linguæ, quæ a ſanguine eſt or⸗ ta inciduntur, & per longum incidi de⸗ bent,nam ſi per latum incidantur, diffi⸗ cile erit ſanguinẽ ſiſtere. Eſt quoq; alia uena in yma parte labii, quæ ad oris feto rem inciditur. Item reperitur alia uena mandibularũ, quæ ad oris uentriculi cu⸗ rationem inciditur. Arteriarum autẽ ca pitis quædam eſt apud tempora, quæ ali quãdo more aliarũ aperitur, aliquando uero tota diſcinditur, nõnũq; etiam di⸗ ſtrahitur, quandoq; uritur, idq; ut acres ac tenues deſtillationes ſiſtãtur fieri ſo⸗

let, ut quum oculus dilatari incipit. Sūt & aliæ duæ arteriæ post aures, quæ ad uaria lippitudinis genera ac principum suffusionis hebetudinemq; oculorum et nyctilopam & ad dolorē capitis diuturnum inciduntur, non tamen sine discrimine, earumq; agglutinatio tardior est. Galenus autē narrat quēdam fuisse uulneratum in gutture, ita ut uulnus eius arteriam atigerit, unde immodica quantitas sanguinis effluxit, cui ipse Galenus sucurrit, medicamīe ex Thure & Aloes & Achilleæ, & Myrræ itaq; sanguinem suppressit dolorq; diuturnus, quē in coxa hēbat ablatus est. Ex uenis præterea, quæ in corpore aperiunt̄ duæ sunt super uentrem, quarū altera sup regionē hepatis iacet altera uero super lyenē, ea aūt q̄ in dextra, ad aquam inter cutim, q̄ uero in sinistra parte existit ad lyenis affectus inciditur. Nec te lateat uenæ sectionem haber̄ duo tempora. Alter℞ liber℞, alterū uero coactū, ex arbitrio quidē est, dum
calor

calor diei adest perfecta iam cõcoctiõe, uiolentum uero tempus est, dum urget necessitas ita ut differri non possit, omnisq; causa, q̃ eã ꝓhibeat negliẽda est. Scias adhuc ꝙ lanceola nõ acuta magnũ infert nocumentum, qm̃ nõ pertingẽdo fallit, & apostema atq; dolorẽ parit, cũq; lanceolã intromittis, nõ inpellas eã manu comprimẽdo. Sed sensim ꝑtrãseũdo eam ducas, ut eius extrema pars, cauitatẽ uenæ attingat, nã si pluribus uicibus, id ui iterare conaberis, eius extrema acies occulte disrũpet & sic uena supterfugiet & nõ scindetur. Quod si in coneris uenã incidere, malũ addes. Idcirco anteq̃ uenam ferias, & quãdo pecussionẽ iterare cupis, debes experiri in tua cute, q̃ pacto lanceola se habeat, oĩ præterea industria conari debes ut uena ĩpleat̃ sãguĩeq; tumescat. Sic enĩ lubricus lapsus ac r̃cessus eius minus fiat. Qd' si uena occulta fuerit nec r̃pletio sub digito appareat, tũ ite rũ atq; ierũ eam solue et liga, atq; ꝑunge,

& deligationem modo sursum modo de orsum per muta donec se offerat, idq; tibi succedet, si latitudine extremitatum duorum digitorum locum ubi scis uenā expandi palpaueris, ita ut quandoq; altero digito premas, altero uero sanguinē e uena eminere facias, ita ut digito, qui ꝑmanet firmus manefeste percipias & dū eleuatur uacuetur, & dum remittitur obseruetur, & inter ultimam lāceolæ extremitatē & manum, aliquantula debet intercipi distantia, ne ad neruū uel arteriā eum penetrare faciat, tutiusq; est ut uena impleatur ubi sit tenuior, lanceola insuper debet pollice & medio digito apprehendi indexq; dimittatur ad tētandum, ac in media lamine apprehendi debet & non supra, quoniā non esset recta apprehensio. Cūq; uena ad aliam partē dimota fuerit occurras ei ligatura & apprehēsione contrarie partis. Quod si utrimq; dimoueatur indifferenter, caue ne eam per longum incidas. Scias adhuc q̄ deligatio &

gatio & depressio debet fieri iuxta duritiē ac cutis crassitiem & carnis multitudinē, debetq; ipsa deligatio proxima fieri. At si deligatio uenam occultauerit, describe eā, & caue, ne ipsa descriptio, mobilitate ligaturæ recedat, à sua rectitudine, & cum hoc adhuc suspende uenæ incisionem, quod si uena cum difficultate repleatur & eleuetur, tūc profunde incide præsertim in macilentis corporibus, & utere uncino, cūq; ligatura et astrictio fit ꝑpe artū, nō sinit uenam repleri & cū locum lauare cupis tunc digitis cutē suꝑ foramen trahe, ut e regione tegatur mox laua, & exicca, fasciolāq; imponas & sinito cutem ad locum suū reuerti. Nec te lateat eū qui præ nimia plethoria, sudat, uenæ sectione indigere, nōnunq; præterea alicui febriēti, ac morbo comitiali laborāti cui pro ut eius adfectus exposcit sangnis missio conueniret, superueniet naturalis alui solutio & tunc ea non indigebit.

Caput xxi. fen quartæ, De cucurbitularũ impositione ac de earũ sacrificatiõe.



Vcurbitulæ magisq́ꝫ uenæ sectio partes subcutaneas expurgant, ac magis tenue q̃ꝫ crassum extrahunt, pinguibus tamẽ corporibus, q̃ crassiorem sanguinẽ obtinent minus opitulãtur. Quoniã nõ educunt sanguinẽ eorꝫ ut deceret, sed tenuiorem eius portionẽ, idq́ꝫ maxima difficultate extrahunt, particulã quoq́ꝫ ubi infigunt ĩbecilliorẽ reddũt, ex prçcepto adhuc est ne cucurbitulæ admoueãt̃ in initio mensis, qm̃ humores, nõdũ sunt moti uel excitati, neq́ꝫ in eiuscalce, cũ sint diminuti sed in medio eius dum humores excitantur qui suo incremento, insequuntur incrementum quod insubstantia lunæ auget̃ crescitq́ꝫ cerebri medulla in caluaria aquæ quoq́ꝫ fluminũ fluentiũ ac refluentiũ augentur. Diei autem hora cõuenientior ad earũ defixionẽ, est secunda & tertia, post balneũ insuper admoueri nõ debent

bent

bent nisi forte quis crassũ habuerit sang uinē, tũc enĩ debet balneo ablui deinde aliquantulũ morari, mox cucurbitulas iponere. Maior aũt pars hoium recusãt appositionē cucurbitularũ in syncipite qa percipiũt & sẽsum & mentē ex eis offendi, sed si in caua pte occipiti adhibeãtur, incisionis uenæ mediæ suplēt uices. Grauitati quoq; supciliorũ auxiliũ præbent & palpebras alleuiat ac oculorũ scabiei orisq; fetori opitulant, et si super scapulas (cahal arab. uocãt) infigant incisionis incinorinæ uenæ, uicē gerũt, doloreq; hũeri & guttutis leuant, & si sup alteram duarũ uenarum colli posteriorum inponãt, p cephalica ualent, & tremorē capitis leuant, mẽbrisq; capitis cõferũt, uelut sunt facies dentes mãdibulæ aures oculi, guttur, nares. Verũ ut inquit Muhamat. Si cauitati occipitii iponant obliuionē inducũt, cũ posterior pars cerebri sit locus mẽorię, quē cucurbitule ĩbecilũ reddunt, sed si sup cahel apponãt os uē-

triculi debilitant, & si super uenas colli posteriores (quas cadahin arabes uocāt) infigant̃ fortasse inducēt capitis tremorem. Idcirco à cauitate occipitii parū descendere, & supra scapulam parū ascēdere licet nisi forte sanguinis suffusioni vł tussi sucurrere uelimus, tūc enim non debet ascēdi sed in suo loco dimitti. Apponere aūt cucurbitulas super cahal. & int̃ humeros sūmoper̃ valet ad ægritudines pectoris ex sanguine pēdentes, & ad sanguineā cōuulsionē sanguineūq; catarū. Verū stomachum debilitat ac tremorem cordis parit, porro si cruri superponant̃ iuuamentū simile adferunt, qđ ex saphenæ sectiōe haberi solet, sanguinēq; mūdificant, menses ciēt. Mulieri insuper q̃ & album colorem ac rarum habitū tenuem q; sanguinē habet, magis expedit cucurbitularum appositio super crura q̃ȝ uenę saphenæ īcisio, præterea si super uertice ac mediam caluariam infigantur ad delirium ac uertiginem, vt à nonnullis tradi
ditum

tum eſt,& ad tardam canitiē ualent. Sed hæc ſententia nō eſt omnino certa, nam in aliquibus corporibus,in aliquibus ue ro non id effici pōt,vt plurimū tamen ſo lent canitiem accelerare intellctum q; læ dere. Oculorum tamē morbis auxiliant̄ & hoc eſt remedium præſtantius qđ ex huiuſcemodi infixione cucurbitularum haberi pōt, nā confert & ipſa ſcabiei pal pebrarum tuberculis oculorum egreſſi= oni q; corneæ uel uueæ membranulæ ue rum mentem offendit attonitum morbū obliuionem malas cogitationes morboſ q; diuturnos parit, officit quoq; his qui ſuffuſionem oculi patiunt̄, niſi forte tē= pus ad id faciendum cōmodum ſe offe= rat,nam ſic fortaſſe n̄ nocebit. Ad hæc ſi ſub mento īponātur dentibus,faciei,gut turi q;,pſunt caput ac maxillas mundifi= cant,& ſi ſuper coxendices, apponantur ad abceſſum femoris eiuſq; ſcabiē & tu= bercula podagra hemorroydas morbū elephanti ad ueſicæ ac uteri uentoſitatē


dorsiq́ pruritum satis ualẽt. Qđ si igne cũ scarificatione apponantur maiorem uim obtinent ubi non sit flatuositas, sed q̃ sine concisione imponuntur uehemẽtius flatũ frigidũ dissoluũt eũq́ in ea ꝑte vel ubi cũq́ existentẽ discutiunt. Appõnere quoq́ eas super femore in intrinseca parte satis prosunt ad testiũ abscessus ac femorũ tibiarũq́ tubercula. Sed q̃ in posteriori femorũ parte imponuntur ad abscessus qui in natibus orti sint ualent & si sub flexura genu admoueãtur, conferũt tremori genu ex acribus humoribus sub orto ac uitiosis abscessibus & tibiarum pedũ putridis uulceribus. Sed q̃ super talos ponuntur, ad menstruoꝝ retẽtionẽ & ad ægritudinẽ coxẽdicis & podagræ valẽt, sed si sine sacrificatione apponãtur, qñq́ retrahũt materiã, a pte sui motus, ut cum mãmis infigunt ad sanguinis mẽstruoꝝ profluuiũ sistendũ, nõnũq́ tamẽ aponũtur, vt apostema profũdũ, extra euocet, vt medicamen perueni
at ad

atad ipsũ. Aliquãdo vero vt apostema ad aliquid mẽbrũ ignobilius sua vicinitate transferat. Nonnũquam adhuc admouẽtur, vt mẽbrum calefiat, & vt materia trahat ad ipsum eius quoque flatus uentosi discutiãtur, & quandoque ut ad suũ naturalẽ locum mẽbrum redeat, a quo dimotũ est vt fit in eo morbo quo intestina in scortum dilabunt. Apponunt quoque, vt dolor mitiget, quemadmodũ, cũ infigunt vmblico ad difficilem dolorẽ intestini coli ac flatus uentris vẽtosos, vtrique dolores, qui tpe motus mẽstruorũ accidere solẽt & prȩsertim adulescẽtulis. Molliori quoque parti cruris infigunt ad coxendicũ dolorem. Coxæ uero ad luxationẽ & int am bas coxas, si admoueãt valẽt ad ipsa crura & femora & mariscas ad herniã patientes & podagram. Appositio præterea cucurbitularũ super podicẽ trahit ab uniuerso corpore & a capite & confert intestinis, corruptionem quoque mẽstruorũ sanat & corpus ab ea leuat, & vt aiũt, tria

habenť ex ea iuuamēta. Primum euacua
tio, quæ ab ipsomet mēbro fit. Secundū
ꝙ substantia spiritus ita remanet ītegra
vt ad materiæ euacuationē, nō sequatur
eius euacuatio. Tertium vero est ꝙ nobi
lia mēbra nō euacuat. debet tamen cutis
concisio profunda esse ut ex p̄etioribus
partibus attractio fiat. Aliqādo insuper
intumescit locus ubi infixa est cucurbi-
tula, ita ut difficile auferať, tunc igiť pan
num uel spōgiā aqua tepida madidā, quę
